MAURIT. HERM. ED. MEIERI

PROFESSORIS HALENSIS

OPUSCULA ACADEMICA

EDIDERUNT

FRIDERICUS AUGUSTUS ECKSTEIN

HALENSIS

ET

FRIDERICUS HAASE

VRATISLAVIENSIS.

VOL. SECUNDUM.

HALIS SAXONUM,
IN LIBRARIA ORPHANOTROPHEI FRANCKIANI.
MDCCCLXIII.

MAURIT. HERM. ED. MEIERI

PROFESSORIS HALENSIS

OPUSCULA ACADEMICA

EDIDERUNT

FRIDERICUS AUGUSTUS ECKSTEIN

HALENSIS

ET

FRIDERICUS HAASE

VRATISLAVIENSIS.

VOL. SECUNDUM.

HALIS SAXONUM,

IN LIBRARIA ORPHANOTROPHEI FRANCKIANI.

MDCCCLXIII.

INDEX OPUSCULORUM.

I.

COMMENTATIONIS SEXTAE DE ANDOCIDIS QUAE VULGO FERTUR ORATIONE CONTRA ALCIBIADEM PARTICULA PRIMA *).

Postquam comprobare studuimus orationi non pauca inesse, quae 3
sive ad sententias argumentique inventionem respiceres, sive ad dispositionem vel ad elocutionem animadverteres, non modo Andocidis sed ne eorum quidem quisquam videretur dicere potuisse, qui Andocidi fuissent aequales, quaedam vero non inesse, quae illa in opportunitate aequalium nemo non dicere debuisset: res ipsa monet, ut quam critici homines externam appellant orationis fidem, id est eam, quae et librorum mss. auctoritate et scriptorum veterum testimoniis nitatur, accuratius examinemus.

Atque libri quidem mss. etsi, quod sciam, ad unum omnes orationem contra Alcibiadem Andocidis nomine inscriptam habent, ea tamen res non ita magno ad persuadendum momento videbitur reputantibus Andocidis ut Antiphontis Isaeique et Dinarchi atque Lycurgi [1]) codices hodie non superesse antiquos [2]), qui vero recentes extent, pauci illi numero, eos adeo in mendis et lacunis conspirare, ut ex uno quodam quasi fonte neque eo limpido manasse videantur [3]). Illud vero mihi certe aliunde motae suspi-

---

*) [Edita in Indic. scholar. aestat. a. 1841.] 1) Hi quidem oratores in iisdem fere libris reperiuntur scripti, qui etiam Gorgiae Helenam, Alcidamantis Vlixem atque Lesbonactis et Herodis Polemonisque et Aristidis declamationes aliquot una cum Harpocrationis lexico continent. 2) Ipsius Lysiae unus, ni fallor, liber membranaceus bibliothecae Coislinianae ad decimum seculum assurgere putatur, reliquorum oratorum minorum libri non sunt seculo XIII priores, nonnulli ad XV referendi sunt. 3) Cf. Taylor. praef. Lys. p. 98. 92. Reisk. praef. in Lys. p. XIII. „oppido pauci

cionis nec magna neque tamen nulla confirmatio est visa, quod Ambrosianus liber, quem Bekkerus [4]) Q appellat, ex Andocidis orationibus solas contineat orationes de pace et adversus Alcibiadem, ut, quarum aeque sublesta est fides, vel ipsius librarii scribae iudicio separatae ab reliquo Andocidiarum orationum corpore videantur.

4 Ex scriptoribus vero Andocidi orationem duo videntur abiudicare, tres vindicare, de quibus dicam ordine. Praeterquam enim quod Didymo grammatico illi, qui sub Augusto floruit, hanc orationem non videri cognitam fuisse supra [5]) evincere conati sumus, primum verba *τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις*, quae in hac Andocidia oratione leguntur §. 29., in neutra vero earum orationum extant, quas contra Alcibiadem minorem ducis filium Lysias vel scripsit vel scripsisse putatur, Athenaeus [6]) tamen ut ex Lysiae oratione contra Alcibiadem profert; id quod possis in eam partem accipere, quasi vero Athenaeus hanc ipsam orationem Lysiae, non Andocidi tribuerit. Neque tamen id argumentum est admodum grave, cum statui possit aut memoria falsum Athenaeum male Lysiae nomen pro Andocide posuisse, quae Taylori est et Ruhnkenii sententia, aut Lysiam quoque in ea, quam contra ipsum ducem Alcibiadem scripsit, oratione, sive ea erat *κατ' Ἀλκιβιάδου* sive *πρὸς Ἀλκιβιάδην* inscripta, illis ipsis verbis esse usum; quae enim praeterea huius orationis apud Athenaeum extant fragmenta, docent etiam illius criminis memoriam, quod esset de vasis sacris Athenarum ab Alcibiade in privatos usus conversis, non abhorruisse ab ea oratione, id autem saepius factum reperitur, ut oratorum Atticorum ab altero alter sententias et verba ipsa mutuaretur.

---

supersunt Lysiae codd. mss. et, quotquot in notitiam nostram pervenerunt, contemnendi sunt omnes, iisdem mendis inquinati, lacunis iisdem hiulci, ut ex uno videantur omnes manasse, misere mendoso atque lacero". Im. Bekker. orat. Attic. I. p. 3. „Antiphontis qui fertur orationum an declamationum codices antiqui vereor ut supersint, recentibus usus sum quattuor ABLZ." Id. p. 85. „Andocidem ad eosdem atque Antiphontem codices recensui ABLZ." Id. p. 161. „Lysiae codices multi sunt, antiqui aut boni non sunt".

4) T. 3. p. 3.

5) Cf. comm. V. p. 89. [Vol. I. p. 299.]

6) Athen. IX, 408, c. *Ἀττικοὶ δὲ χερνίβιον λέγουσιν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου λέγων οὕτως, „τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις"*.

Gravius fortasse est alterum. Auctor enim vitarum decem oratorum, qui Plutarchi nomen prae se fert, *δηλοῖ δὲ*, inquit [7]), *περὶ πάντων ἐν τοῖς λόγοις οἷς συγγέγραφεν· οἱ μὲν γὰρ ἀπολογουμένου περὶ τῶν μυστηρίων εἰσίν, οἱ δὲ καθόδου δεομένου, σώζεται δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ περὶ τῆς ἐνδείξεως λόγος, καὶ ἀπολογία πρὸς Φαίακα, καὶ περὶ τῆς εἰρήνης*. Hic igitur ex quattuor orationibus, quae ad nos Andocidis sub nomine pervenerunt, tres commemorat tamquam superstites, eoque ipso quo hodieque leguntur ordine, „de mysteriis“, „de reditu“ et „de pace“,

7) Pseudo-Plut. p. 319. Hutt. Quam hic nominat *περὶ τῆς ἐνδείξεως* orationem et tamquam diversam ab oratione *περὶ τῶν μυστηρίων* nominat, eam re vera fuisse ab hac diversam neque erroris arguendum esse Pseudo-Plut., qui diversam fecerit, iam Ruhnkenius, Valesii secundas curas secutus, (hist. crit. p. 134.) et Sluiterus (p. 239.) Taylorum secus sentientem merito reprehendentes docuerunt; nam etsi Andocides etiam cum *περὶ μυστηρίων* caussam diceret, *ἐνδείξει* delatus erat, tamen caussae nihil est cur eum eadem iudicii forma negemus esse iam antea arcessitum, praesertim cum non tantum Lysias c. Andoc. §. 30. *τὸ δὲ τελευταῖον νῦν ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν δὶς ἐν τῷ αὐτῷ* [adde *ἐνιαυτῷ*] *ἐνδέδεικται*, sed Andocides quoque ipse ita initio orationis de mysteriis loquatur, ut statim postquam in urbem revertisset, publico iudicio accusatus esse videatur, eoque alio, quam ad quod mysteriorum oratio pertinet (cf. Hoelscher de Lys. p. 66.). Fuerit igitur hic *περὶ τῆς ἐνδείξεως λόγος* prior quam *λόγος περὶ μυστηρίων*, neuter autem oppositus ei orationi, quae vehementer truncata et capite spoliata hodieque Lysiae sub nomine circumfertur, inscriptaque est „*κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας*“, id quod propter A. G. Beckerum (de Andocid. p. 29. not.) moneo, alioquin quae de lit. Attic. p. 224. scripseram recte reprehendentem. Harpocratio quoque v. *ζητητής* commemorat *Ἀνδοκίδην ἐν τῷ περὶ τῆς ἐνδείξεως*, quibus verbis quod idem Beckerus l. c. credit de mysteriis orationem esse significatam, quam hic lexicographus quinquies legitimo *περὶ τῶν μυστηρίων* nomine appellat, non magis probo, quam probavit Valesius; *ζητητής* enim vox quod ter in oratione de mysteriis legitur, id sane non obstat quominus etiam in oratione *περὶ ἐνδείξεως* locum obtinuerit: namque in oratione *περὶ τῆς ἐνδείξεως* extitisse non pauca, de quibus etiam in oratione de mysteriis disseratur, admodum probabile est. — Adversus Phaeacem defensio qua in opportunitate fuerit habita, nolo hariolari; Andocidem ut in ea suam, non alius rei caussam defendisse arbitrer, movent me verba ementiti Plutarchi. — Quod vero *συμβουλευτικῶν λόγων* sive concionalium orationum Andocidis, quarum memoria apud lexicographos extat, non meminit simulatus Plutarchus, non ei verterim crimini, cui propositum fuerit solas commemorare orationes, quae tum superstites erant.

interposita duarum orationum memoria nunc deperditarum „de indicii delatione“ et „defensionis adversus Phacacem“; contra Alcibiadem autem orationem non commemorat; neque enim haec sub alterutra earum orationum latere potest, quae aetatem non tulit. Itaque nisi vel ipse falsus est memoria, vel eius librarii omiserunt inviti, quod perscripserat ille, fatendum est scriptori illi hanc contra Alcibiadem orationem ant non cognitam ant non Andocidis visam esse.

Ex tribus autem praedibus, qui in hac vindiciarum lite quodammodo satisdare pro Andocide videntur, primus nominandus est Photins, qui cum orationes Andocidis eodem ordine ab sese lectas esse significet, quo hodieque circumferuntur (*ἀνεγνώσθησαν Ἀνδοκίδου λόγοι δ'* [8]), *οὓς τέως εἴδομεν, ὁ περὶ τῶν μυστηρίων, ὁ περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου, ὁ περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης, τέταρτος ὁ κατὰ Ἀλκιβιάδου*), vel illud telum nobis e manibus eripit, ad quod alioquin descenderes, quasi vero Andocidis contra Alcibiadem orationem aliam legerit Photius, aliam nos habeamus. Itaque illud contestatum est Photii patriarchae temporibus, id est nono post Christum seculo, hanc orationem esse ad Andocidem relatam.

Minus certum illud est testimonium, quod Moeris Atticista pro Andocide dicit; quod enim apud hunc legitur [9]), *Πομπεῖα Ἀττικοὶ* [10]) *τὰ θυμιατήρια καὶ τὰς χέρνιβας, ὡς Θουκυδίδης*, cum apud Thucydidem non reperiatur *πομπείων* vocabulum, Valckenarius *Ἀνδοκίδης* rescripsit speciosa coniectura, quam etiam Ruhnkenius comprobavit; neque audiendi sunt Duckerus et Piersonus, quorum ille Thucyd. II, 2., hic aut Thucyd. VI, 47. Atticistae ante oculos obversatum aut pro Thucydide Thugenidis nomen reponendum esse putavit. At nt sit recte rescri-

---

8) Quod in Moschopuli opusc. grammat. p. 60. ed. Titze legitur *τῶν δέκα ῥητόρων τὰ ὀνόματα καὶ πόσους ἔγραψαν λόγους, ὡς φέρεται, εἷς ἕκαστος — Ἀνδοκίδης λόγους μδ'* et in Crameri Anecd. IV, 256. extat *τῶν δ. ῥ. ὀ. καὶ πόσα ἔγραψαν ὡς φέρεται εἰς ἕκαστον — Ἀνδοκίδης λόγους μδ'*, quodque in scholiis in Aesch. orat de leg. §. 18. extr. p. 14. ed. Bekk. *τῶν δέκα ῥητόρων ὁ σκάριφος* item est: *Ἀνδοκίδης λόγους μδ'*, cum communis unusque videatur horum fons, haud scio an sit ubique *λόγους δ'* rescribendum. 9) p. 332. Pierson. p. 208, 23. Bekk. 10) Sic Bekk. *Ἀττικῶς* vulg.

ptum Andocidis nomen, quantula est incerti hominis auctoritas; nam et quis fuerit Moeris et quando et apud quos vixerit ignoratur, librum autem eius glossis ex Phrynicho, Timaeo, Photio, Suida, aliunde invectis esse auctum discrepantiae codicum probant [11]).

Reliquus est Harpocratio, qui cum neque v. Ἀγάθαρχος neque v. Ἀλκιβιάδης neque v. γραφεύς hanc commemoret orationem, quam si habuisset cognitam, videtur illis locis commemorare debuisse, stare contra orationis fidem videtur, idem cum bis et v. εὐανδρία et v. ἐμποδών orationi ita denuntiet testimonium, ut neutro loco illam adiiciat dubitationis significationem, quam solet orationum memoriae addere, quarum de auctoritate dubitat (εἰ γνήσιος, εἰ γνήσιος ὁ λόγος), utraque autem vox in hac extet oratione §. 10. et §. 42., ita pro ea fide pugnare videtur, ut hic quoque eam latebram praecludat, quasi vero quam Harpocratio in manibus habuerit contra Alcibiadem orationem Andocidiam, alia fuerit quam quae eo sub nomine aetatem tulit. Quod autem Andocidiae orationis memoriam Suidas in utriusque vocabuli, Photius in vocis εὐανδρίας explicatione omittit (nam ea pars Photiani lexici, quae ἐμποδὼν continet, intercidit necdum reperta est) non suapte sponte eo valet, ut Harpocrationis fidem labefactet, cum pluribus locis, quorum fides certa et optima est, id non veniat, ut Suidas et Photius aut testimoniis scriptorum careant plane, quae apud Harpocrationem extant, aut si scriptorum nomina commemorent, librorum certe vel orationum titulos non addant. Neque tamen minus verum est lexicographorum graecorum fere nullum esse, cui peregrina non sint inserta additamenta; sic, ut his utar, Apollonii [12]) sophistae lexico Homerico non pauca ad marginem adiecit recentior manus, quae nihil ad Homerum spectarent, pars etiam Christianum auctorem saperet;
Timaei [13]) lexico Platonicarum vocum Herodoteae aliquot glossae 6
sunt insertae; Hesychio glossae sacrae, quae ad graecos vel antiqui foederis interpretes vel novi scriptores spectant, ab Christianis hominibus locis pleraeque alienis et neglecta, quae ceteroquin observatur, litterarum serie interpositae sunt, id quod a Bentleio

---

11) Pierson. praef. in Moerid. p. XIV. 12) Villoison. Prolegom. in Apollon. p. 38 sq. 13) Ruhnken. praef. in Tim. p. XV.

iudicatum Valckenarius et Ruhnkenius persecuti sunt neque recte negavit Rankius, ut Welckerus docuit [14]); Theodulo vero Monacho librarii de alieno liberales non minus adsperserunt, quae ad eum non pertinerent [15]); atque similiter in Harpocratione legi aliquoties, quae e margine in textum irrepsissent, iam Maussacus in sua ad lectorem epistola indicavit. Ut igitur utrumque perspici possit, et illud, sitne illae glossae Harpocrationis in fraudis suspicionem eo magis vocandae, quod in Photio et Suida desiderentur, et hoc, si vel maxime absint ab suspicione, quanta ipse sit Harpocratio auctoritate, satius arbitror quaestionem de Harpocrationis lexico decem oratorum denuo instituere, qua nunc eo minus videtur supersederi posse, cum post Maussaci dissertationem criticam nemo inventus sit, qui data opera eam in rem inquireret; nam plerique satis habuerunt aliud agentes et quasi praetereuntes eam attingere.

II.

Ea vero res ut recte disceptetur, nos quoque ab ipso Harpocratione initium faciamus. Harpocrationes igitur Suidas quattuor percenset; 1) unum, Argivum, philosophum Platonicum, Caesaris familiarem, qui *λέξεις Πλάτωνος* sive lexicon Platonicum et commentarium in Platonem scripserit; 2) alterum sophistam, qui Caius sit dictus, et praeter alia de figuris Antiphontis atque de Hyperidis Lysiaeque orationibus commentarios ediderit; 3) tertium, qui itidem fuerit sophista et Aelius dictus, atque praeter alia, quae ad Herodotum et Xenophontem spectent, argumenta quoque orationum Hyperidis, de arte rhetorica, de ideis, atque, si librorum scripturae credis, de iis, quae oratores ignorasse videantur, „*περὶ τῶν δοκούντων τοῖς ῥήτορσιν ἠγνοῆσθαι*“ scripserit; nam mihi *ἐν* post *δοκούντων* intercidisse videtur, ut de iis dicatur commentatus esse, quae in oratorum explicatione ignorari, necdum constitisse videantur; 4) quartum Alexandrinum rhetorem, qui Valerius dictus sit, atque praeter florilegii collectionem „*λέξεις*

14) Cf. Bentleii epist. ad Biel. Ranke de Hesych. lexic. p. 141. Welcker in censura libri Rankii Mus. Rhenan. II, p. 279. [Kl. Schriften tom. II. p. 549 sqq.] 15) Ritschl. Praef. p. XXXV.

τῶν ι ῥητόρων" sive „lexicon decem oratorum" litteris mandaverit. Illorum secundum et tertium esse in unum coniungendos Caium Aelium Harpocrationem probabiliter coniecit Kiesslingius meus [16]). Suidae igitur si tantum tribues, ut quod Harpocrationis nomine ad nos pervenerit lexicon decem oratorum, non tantum posse sed credibile etiam esse concedas illud ipsum esse, quod a Valerio Alexandrino scriptum esse Suidas narrat, ab iusta temeritatis reprehensione aberis; esse enim debere, ab Argivo autem, quem ab lexicis condendis non abhorruisse Platonicum lexicon probat, ab Gaio, a quo quae esse scripta Suidas commemoravit diserte, efficiunt in oratorum interpretatione operam eum posuisse, praeter ea autem quae commemoraverit, alia quoque (*καὶ ἕτερα*) testatur edita esse, aut ab alio Harpocratione aliquo (nam ut in grammaticis subsistamus, fuit etiam Mendesius Harpocratio, cuius de placentis librum Athenaeus [17]) nominat, fuit etiam Harpocratio Dii magister, commentarii, ut videtur [18]) in Iliadem auctor), hoc quod in manibus habemus lexicon scribi non potuisse, ex Suidae verbis evinci non potest. Quod vero 7
contendimus credibile esse, etiam probabilius facit codicis Rehdigerani Vratislaviensis inscriptio *Ἁρποκρατίωνος περὶ τῶν λέξεων τῶν δέκα ῥητόρων*; nam reliqui libri, quantum ex Bekkeri farragine scripturae colligi potest, omnes Valerii nomen omittunt, et aut solum *Ἁρποκρατίων* vel *Ἁρποκρατίωνος* offerunt scriptum aut simul adiiciunt *τοῦ γραμματικοῦ* vel *τοῦ σοφιστοῦ*. Fac autem verum esse, quod probabile esse concedimus, fac esse lexicographum non diversum ab Valerio Harpocratione Alexandrino, quem Suidas nominat; at aetas hominis nihilo minus est incerta necdum explorata. Nam Maussacus quod lexici scriptorem eum vult esse Harpocrationem, qui, ut memoriae mandaverit Capitolinus [19]), Veri imperatoris fuerit una cum Telepho et

16) Fragm. Lycurg. p. 20. 17) Athen. XIV, 648, b. 18) Schol. Hom. Il. I, 453. p. 262, a 17. Bekk. *Ἁρποκρατίων ὁ Δίου διδάσκαλος, ἐν ποιήματι τῆς ι. τ.* (emendatt. *ὑπομνήματι τῆς Ἰλιάδος*. (cf. Lehrs Aristarch. 24.). Haec Heyne in Iliad T. V. p. 626. ad Divi Veri imperatoris praeceptorem refert, [item Seguerius de Sainte Brisson in notitiis codd. Parisiensium vol. XIV. p. 71.]. *Δίου* nomen quamquam per se non est reprehendendum, vide ne ex scripturae compendio sit ortum sive *Διονυσίου* sive *Διδύμου*. 19) C. 2.

Hephaestione in graecis litteris magister, atque ideo ad alteram partem secundi seculi post Christi natales († 169) refert, non magis probavit argumento ad fidem faciendam idoneo, quam Valesius quod illud ab eo credit doctissimo grammatico esse profectum, quem Libanius [20] ut poetam bonum, magistrum etiam meliorem idoneumque antiqnorum scriptorum enarratorem atque laudis eorum aemulum, deniqne ut virum eum qui vitam continuo in librorum lectione egerit, singulari epistola Aristaeneto commendet, eamque ob caussam in alteram partem secundi seculi detrudit. Sed qnamquam pro nentra coniectura quidqnam speciosum adhuc prolatum est, magna tamen contentione docti homines in utramque discesserunt; sic cum Maussaco Hamberger, cum Valesio Lambecius, Ioannes Christophorus Wolfius, Saxius atque quamquam dnbitanter, etiam Fabricius faciunt [21]; Bernhardyus [22] cautius utrisque lexicographum ab Harpooratione Libanii distinguit, atque illum hoc facit vetustiorem aliquanto; cur vero Harpocrationem alio loco [23] ante Aelium Dionysium et Pausaniam, alio loco [24] post hos nominet, non minus ignoro, quam cur hoc ipso loco „Aelium Harpocrationem" appellet; quo nomine si lexici auctorem significare voluit, sententiam profitetur, qnae nulla ratione possit defendi; sin alium, mirere eo loco lexici scriptorem praeteritum, alium ignobiliorem sophistam non praeteritum esse. Denique Harpocratio is, quem Attica [25] quaedam sepulcralis inscriptio ut rhetorem et philosophum eximium celebrat, non tantum canssa nnlla est cur pro lexici auctore haberi debeat, sed ratio est, quae contrarium suadeat; nam hic Atheniensis, lexicographus vero, nisi somnians descripsit verba aliorum, certe non fuit Atheniensis; Atheniensis enim homo non scripsisset, opinor, qnae leguntur v. *ἀργυριοθήκη-διττὰ ἦν γραμματείδια, οἷς ἐχρῶντο Ἀθηναῖοι.* v. *οἰκίσκῳ-ἐκάλουν δὲ*

20) Libanius epist. 367. Idem alia epistola Themistium obiurgat (epist. 371.), quod ipsius opera Harpocratio Aegyptius homo esset CPolin traductus; epist. autem 729. probat CPoli versantem Harpocrationem operam dedisse ut Themistium nescio quam ob caussam iratum conciliaret Libanio.
21) Lambecius de bibl. Vind. lib. VI. p. 245. Wolf. in Liban. epist. p. 181. not. 10. Saxius in Onom. Litt. II. p. 407. Fabricius bibl. Gr. Vol. VI. p. 249. Harl.
22) Bernh. hist. litter. Graec. I., 415. 453.
23) p. 419.
24) p. 526.
25) Boeckh. C. I. Gr. no. 923.

οἱ Ἀττικοὶ τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ὀρνιθοτροφεῖον οἰκίσκον, aut v. *Ἀνθεστηριών-ὄγδοος μὴν οὗτος παρ' Ἀθηναίοις,* v. *Μαιμακτηριών-ὁ έ μὴν παρ' Ἀθηναίοις,* v. *Μεταγειτνιών-ὁ β́ μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται,* v. *Μουνυχιών-ὁ ί μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται,* v. *ἕνη καὶ νέα-τὴν ὑφ' ἡμῶν τριακάδα καλουμένην ἕνην καὶ νέαν καλοῦσιν Ἀθηναῖοι.*

Cum vero in aetate hominis exploranda nullo ne veterum quidem grammaticorum testimonio adiuvemur (nam Harpocrationis lexico nemo eorum testimonium denuntiat, illud in partes non Hesychius, non Suidas, non Photius, non Eustathius vocat, primus, quod sciam, qui *τὰς τοῦ Ἁρποκρατίωνος ἐκλογάς* con- 8
suluisse se dicit, Constantinus Lascaris est (1460—1470.), professus id ad calcem tertii libri grammaticae suae), eo magis circumspiciendum est, unde haec quaestio possit clariore in luce collocari, et quoniam non unus radius satis sit luminis allaturus, diversissimae viae ingrediendae sunt, quibus eodem perveniatur.

II.

COMMENTATIONIS SEXTAE DE ANDOCIDIS QUAE VULGO FERTUR ORATIONE CONTRA ALCIBIADEM PARTICULA SECUNDA *).

3 Ab Harpocratione, de quo nuper disserere orsi sumus, nunc parumper discedimus, ut primis quasi lineis lexicorum Graecorum, imprimis rhetoricorum historiam adumbremus. Grammatici igitur Graeci lexica, qualia haec usurpat aetas, quibus omnis linguae thesaurus, id est omnia vocabula comprehenderentur, quotquot vel in sermone et consuetudine versarentur, vel poetae scriptoresque usurpassent, numquam, quod sciam, ne moliti quidem sunt [26]. Immo illud, ni fallor, unum semper spectabant, id quod ipsa iam „lexicorum“ et „glossariorum“ nomina docent, ut *λέξεις* sive *γλώσσας* complecterentur, id est [27]

---

*) [Praemissa indici schol. hibern. a. 1842—43.]. 26) Iniuriam facere videtur Galenus glossarum Hippocratis enarratoribus, quod exposition. glossar. Hippocr. p. 402. *θαυμάζειν*, dicit, *ἐπῆλθε τῶν ἅπασαν ἐξηγεῖσθαι τὴν Ἱπποκράτους λέξιν ἐπαγγειλαμένων, εἰ μὴ συνίασιν ὅτι πλείω παραλείπουσιν ὧν διδάσκουσιν.* Illis enim hoc professis ne animus quidem erat omnem elocutiouem Hippocratis aut aliam omnino compreheudere, quam quae ueque iu consuetudinem abisset essetque Hippocratis propria. Itaque illi sic demum in iustam reprehensiouem incurrerent, si multas earum vocum reliquissent, quae glossarum in uumero essent. 27) *Λέξις* vocabulum latissime patebat apud philosophos, apud dicendi magistros, apud rerum scriptores. Comprehendebat enim uuue omnia verba, quibuscumque in diceudo utereutur; hae potestate accipieudae sunt formulae *κατὰ* [et *παρὰ*] *λέξιν*, *αὐταῖς λέξεσι*, *αὐτολεξεί*, *ὧδε τῇ λέξει*, *θήσω τὴν λέξιν*. Modo omnem elocutiouem complectebatur, separatam illam ah seuteutia; eo significatu accepit Aristoteles Poetic. VI, 18, ubi *λέξιν* explicat *τὴν διὰ τῆς ὀνομασίας ἑρμηνείαν*; eodem Diogenes Babylonius Stoicus, eum *λέξιν* explicat *φωνὴν ἐγγράμματον* (Diog. Laert. VII, 55.); eodem accipienda est vox, uhi vel opponitur *διανοίᾳ*, ut distinguautur *σχήματα λέξεως* ab *σχήμασι*

voces, quae ab puro et quotidiano sermone, ab consuetudine non quidem imperitorum loquendi sed eruditorum[28]) recederent. 4

διανοίας, vel ab λόγῳ sic differre dicitur, quod λόγος simul complectatur διάνοιαν, λέξις in sola ἐπαγγελίᾳ subsistat. Cf. Rud. Schmidt. Stoic. Grammat. p. 21. Grammatici vero et rhetores plurali numero λέξεις eas tantum voces dicebant, quae ab nsu et consuetudine recederent. Sic, ut hoc utar, Hermogenes de id. II, 11, 3. p. 382. Walz. ἴδιον δὲ Ὑπερίδου τὸ καὶ ταῖς λέξεσι ἀφειδέστερόν πως καὶ ἀμελέστερον χρῆσθαι, ὥςπερ ὅταν μονώτατος λέγῃ καὶ γαλεάγρα κ. τ. λ. Ea potestate intellegendum est vocabulum, quotiens quis λέξεις ἐθνικάς, Ἀττικάς, τραγικάς, κωμικάς, ῥητορικάς, Πλάτωνος [sive Πλατωνικάς] vel scripsisse narratur, vel eo titulo libros inscripsit; neque enim illi omnia, sed ea tantum vocabula comprehendere volebant, quibus Atticorum, tragicorum, comicorum, oratorum, Platonis elocutio differret ab qnotidiano sermone, qualis grammaticorum memoria obtinebat. Idem vero significatus erat etiam, nescio quo ex tempore, γλώσσης voci; Aristotel. Poetic. XXI, 2. ἅπαν δὲ ὄνομά ἐστιν ἢ κύριον ἢ γλῶττα — λέγω δὲ κύριον μὲν ᾧ χρῶνται ἕκαστοι, γλῶτταν δὲ ᾧ ἕτεροι (intercidisse qnaedam videntur in hunc fere modum redintegranda: ᾧ ἕτεροι μὲν χρῶνται, μὴ χρῶνται ἕτεροι). Quintil. I. O. I, 1, 35.: „interpretationem linguae secretioris, qnas Graeci γλώσσας vocant". Hac significatione et alii utuntur bene multi et Dionys. Hal. de C. V. c. 3. p. 15. Reisk. οὔτε δὴ γλῶτται πολλαί τινες οὔτε ξένα ἢ πεποιημένα ὀνόματα. Easdem secretiores voces Latini scriptores saepe „glossemata" dicunt; sic Quintil. I. O. I, 8, 15. „circa glossemata, id est voces minus usitatas", sic Festo „glossematorum scriptores" v. Naucum p. 166. Mnell. et Ateii philologi „liber glossematorum" p. 181, 8. commemorantur, quibus quidem locis cave ne „glossema" credas explicationem glossae dici. Graeci rarius ea abutuntur voce, veluti Marcus Antoninus IV, 33 αἱ πάλαι συνήθεις λέξεις γλωσσήματα νῦν (cf. Gatak. in h. l.), frequentant autem γλωσσηματικά adiectivum eadem potestate; sic γλωττηματικῶν-ὀνομάτων Dionys. l. c. c. 26. p. 214., ὀνομάτων τε γλωττηματικῶν καὶ ξένων χρήσει id. de Lys. p. 457.; γλωσσηματικὰ καὶ ἀπηρχαιωμένα καὶ δυςείκαστα τοῖς πολλοῖς quae apud Thucydidem extent, commemorat id. de Thucyd. propr. c. 3. p. 793.; Thucydidi γλωττηματικὴν καὶ ἀπηρχαιωμένην καὶ ξένην λέξιν tribuit ib. 2. p. 790; φράσιν γλωττηματικήν τε καὶ ἀπηρχαιωμένην καὶ τροπικήν id. de Thucyd. hist. p. 939.; in orationibus potissimum quas interponat Thucydides reperiri multas γλωττηματικὰς ξένας καὶ πεποιημένας λέξεις id. iudicat de Thncyd. hist. 35. p. 899. Sed satis superqne exemplorum rei etiam in vulgus notissimae. — Fit hinc, ut idem liber nunc περὶ λέξεων, nunc περὶ γλωσσῶν dicatur, veluti Philemonis lexicon modo Ἀττικαὶ λέξεις, modo Ἀ. γλῶσσαι dicuntur. 28) Diog. L. VII, 59. ἑλληνισμὸς μὲν οὖν ἐστι φράσις ἀδιάπτωτος ἐν τῇ τεχνικῇ καὶ μὴ εἰκαίᾳ συνηθείᾳ.

Valet illud non tantum in specialia lexica, sed etiam in generalia, si qui *λέξεις παντοδαπάς* (s. *ποικίλας* s. *παντοίας*), vel *λέξεων συναγωγάς*, vel una voce *λέξεις*, *γλώσσας* vel aliquo simili titulo inscripserunt libros; cadit igitur etiam in Zopyrionis Pamphilique coniunctum opus, in breviaria, quibus illud et ab Diogeniano et ab Vestino in epitomen redactum est, in Dorothei Ascalonitae *λέξεων συναγωγήν*, in Eugenii *συλλογὴν λέξεων* sive *παμμιγῆ λέξιν*, in Helladii *λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον* s. *λέξεως παντοίας χρῆσιν* et quae erant id genus alia, de quibus infra singulatim accuratius dicetur.

Quae vero vocabula grammaticorum temporibus abhorrebant ab quotidiana vita, eorum alia olim in usu fuerant et paullatim demum ita in oblivionem et desuetudinem venerant [29], ut paene intermortua et sepulta essent, nam „ut silvae foliis pronos mutantur in annos, ita verborum vetus interit aetas, neque sermonum stat honos et gratia semper", ut ait Venusinus poeta; alia numquam communia in popularemque usum recepta sed propria semper fuerant modo uni alterive Graecarum gentium dialecto, veluti Aeolicae Doricae Ionicae Atticae; modo uni alterive regioni insulae urbi quasi emancipatae, quo in numero sunt, ut his utar, Laconicae, Creticae, Cypriae, omnes denique *ἐθνικαὶ γλῶσσαι*; modo uni alterive arti vel scriptorum generi vel scriptori peculiaria, veluti glossae culinariae (*ὀψαρτυτικαί*), medicae, oratoriae, philosophorum, Hippocratis, Democriti, Heracliti, Platonis; modo privatae erant vel omni poesi vel uni cuipiam poesis generi, vel certo cuidam poetae, veluti Homericae, tragicae, comicae glossae. Atque poeticae quidem glossae ita principem quendam tenebant locum, ut essent, qui glossas omnino non alias crederent esse quam poeticas voces [30]). Obliviarum autem vocum sive „prisco-

29) Iusto arctior est **Galenus** glossar. Hippocrat. exposit. p. 400. (Franz), ubi oblivias tantum voces glossarum in numerum referre videtur, *ὅσα τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δ' οὐκέτι ἐστί, τὰ μὲν τοιαῦτα γλώττας καλοῦσι.* Idem p. 408. paullo benigniorem se praebet: *δῆλον εἶναι τρόπον τῶν γλωττῶν ἢ τοῦ κοινοῦ πᾶσιν ὀνόματος ἐκπεσόντος τῆς ἐπικρατούσης συνηθείας ἢ τοῦ γενομένου πρός τινος τῶν παλαιῶν μὴ παραχθέντος ὅλως εἰς τὴν συνήθειαν.* 30) **Pollux** II, 189. *τὰς ποιητικὰς φωνὰς γλώττας ἐκάλουν.* **Antiattic.** Bekk. p. 87, 12. *γλώττας τὰς τῶν ποιητῶν ἢ ἅστινας ἄλλας ἐξηγούμεθα.*

rum verborum“ interpretatio duobus potissimum locis prae omnibus vehementer requirebatur, primum in sacrorum rituum precumve formulis, deinde in legum antiquarum praescriptionibus. Nam in illis cum quidquam immutare et ad genium intellectumque saeculi aptare religioni esset [31]), non raro usu veniebat, ut ne ab ipsis quidem sacerdotibus satis intellegerentur, qui illis carminibus formulisque utebantur. Exemplis utor axamentis, id est Saliorum carminibus, dein fratrum Arvalium canticis, carmine Cn. Marcii vatis, auguralibus libris, commentariis sacrorum, commentariis librisque 5
pontificum, quorum glossae aliquot extant apnd Festum *). Alterius generis exempla praobent leges tum Atticae Solonis, tum Romanae XII Tabularum; nam quae in illis extabant *ἀποινᾶν, δρασκάζειν, ἐπαίτια, ἐπιορκεῖν, κλέπος, οἰκεύς, ποδοκάκκη, πεφασμένως πωλεῖσθαι*, et alia eiusdem generis erant oratorum Atticorum aetate, id quod Lysias et Demosthenes satis comprobant, non minus obscura et in vulgus ignota, quam Ciceronis aetate doctis tantum hominibus constabat, adsiduus, calvitur, caussam coniicere, ex iure manum consertum, escit, intestabilis, nanoitor, obvagulatum, portum, pedem strnit, genas radere, ricinium, rupitias, sanates, sarpta, subvades, snperstites in XII tabulis quid significarent; quid, quod „lossus“ in iisdem legibus quid esset ne Sextus quidem Aelius et L. Acilius, quos iam Cicero [32]) „veteres interpretes“ appellat, satis sibi intellexisse visi sunt; idem multo magis in leges cadit, quae Numae Pompilii aliorumve regum ferebantur. Verum apud Romanos quem secundum commemoravi locum, is latissime patebat; quam enim apud eos ab ingenio prudentissimi et ab iure peritissimi homines iam antiquitus condiderant iuris artem disciplinamque, ea igitur ut antiquitatum, ut usus et consuetndinis, ita etiam verborum non tantum priscorum et obsoletorum, sed dubiorum quoque et ancipitum explicatione carere nullo modo poterat; hinc factum est, ut iurisconsultorum aliquot iis ipsis libris, quibus ius vel pontificinm vel civile vel unam alteramque legem explicarent, quasi praetereuntes verborum quoque vim

---

31) Quintil. I. O. I, 6, 41.

*) [Ex Graecis commemorandi hoc loco erant scriptores *ἐξηγητικῶν*].

32) Cic. Legg. II, 23, 59.

virtutesque patefacerent et illustrarent, nonnulli nobilibus Aelii Galli vestigiis insistentes data opera de verborum, quae ad ius pertinerent, significatione scriberent [33]). Apud Graecos autem ut iuris prudentia exigua, ars et disciplina fere nulla, ita forensium etiam et quasi legitimorum verborum ante grammaticos rara

33) Insignis est eam in rem Digestorum titulus is, cui inscriptum est „de verborum significatione"; in eum enim recepit Tribonianus unum tantum fragmentum ex Aelii Galli libro I. de Verborum quae ad ius civile pertinent significatione depromptum (fr. 157.); reliqua omnia petiit ex Q. Mucii Scaevolae ὅρων, Alfeni Vari digestorum, Labeonis πιθανῶν, Proculi epistolarum, P. Iuventii Celsi digestorum, Prisci Iavoleni epistolarum, posteriorum Labeonis, ex Plautio, ex Cassio, Iuliani ex Minicio, Africani quaestionum, Terentii Clementis ad legem Iuliam et Papiam, Pomponii ad Sabinum, ad Q. Mucium, epistolarum et enchiridii, Gaii ad edictum praetoris urbani, ad edictum provinciale, ad legem XII tabularum, ad legem Iuliam et Papiam, de verborum obligationibus, C. Cervitii Scaevolae digestorum, L. Ulpii Marcelli digestorum, Papiniani quaestionum et responsorum, Tryphonini disputationum, Ulpiani ad edictum, ad legem Aeliam et Sentiam, ad legem Iuliam et Papiam, ad Sabinum, de adulteriis, de officio consulis, Pauli ad edictum aedilium curulium, brevis edicti, imperialium sententiarum, ad SC. Orfitianum, ad legem Fusiam Caniniam, ad legem Iuliam et Papiam, ad Plautium, ad Vitellium, quaestionum, reponsorum, sententiarum, manualium, de cognitionibus, epitomarum Alfeni, fideicommissorum, de tacitis fideicommissis, Callistrati quaestionum et de cognitionibus, Marciani institutionum, publicorum iudiciorum, Florentini institutionum, Aemilii Macri ad legem vicensimam, Licinii Rufini regularum, Modestini differentiarum, regularum, excusationum, responsorum, pandectarum, de praescriptionibus, Hermogeniani iuris epitomarum libris; nullum contra recepit ex Ateii philologi [Philologi] glossematorum, nullum ex Cincii [de quo luculente disputavit Hertzius de Luc. Cinciis p. 61.] libro de verbis priscis, nullum ex L. Aelii Praeconini Stilonis aut ex M. Antonii Gniphonis libris de latino sermone, nullum ex Santrae libris de verborum antiquitate, aut ex P. Nigidii commentariis grammaticis (qui, etsi alias quaestiones grammaticas, veluti de sonis, de vocalibus et consonis, de temporibus, de originibus verborum magis persecuti sunt, verborum tamen significationes non plane neglexerunt, cf. Gell. X, 5. [cf. Hertzius in libello de P. Nigidii Figuli studiis atque operibus pag. 15.]); nullum ex Verrio Flacco de verborum significatione aut ex M. Pomponii Marcelli, qui sub Tiberio fuit, glossematum explicatione (Suet. de gr. 22.), nullum ex Gabii Bassi de significatione verborum (cf. Lersch Sprachphilosoph. d. Alt. III, 161.), nullum ex Velii Longi commentario de usu antiquae locutionis, nullum denique ex tot aliis grammaticorum libris, quibus hic crederes opportunissimum fuisse locum.

interpretatio neque tamen alia nisi quae intra sophisticae fines se continebat. — Ad hos duos proximo spatio tertius accessit locus is, qui in poetarum antiquorum explicatione versabatur, imprimis eorum, quorum lectione pueri ad humanitatem formabantur; neque enim pueris Atticis Aristophaneae aetatis promptior paratiorque erat Homerica elocutio, quam Horatii aetate Romanis impuberibus Enniana vel Liviana; scimus autem illis Homeri carmina, his temporibus Livii Odysseam, Ennii annales atque alia id genus carmina litterarum in ludis lectitata et ab plagosis Orbiliis explicata esse, uti Iuvenalis aetate „totus decolor erat Flaccus et haerebat nigro fuligo Maroni“.

Apud Graecos igitur, ut ne amplius extra Graecorum terminos egrediatur oratio, diu ante quam altior illa grammatica in disciplinae formam revocata esset, priscorum verborum et rariorum vocum explicatio, certe eius prima quasi quaedam et crassiora fila ab grammatistis sive litteratoribus deducebantur et ab sophistis; docent id fragmenta quaedam Daetalensium Aristophanis; haec enim fabula „cum in eo versetur, ut incommoda novae, virtutes antiquioris disciplinae demonstret, inducitur senex pater cum filiis duobus, altero pristinae, altero novae corruptaeque disciplinae addicto; hunc redarguit pater Homericas ignorare lexeis, illum hic nescire evincit glossas quae Solonis sint legum“. Temporibus igitur illis interpretationem Homericarum vocum antiquior grammatistarum, explicationem forensium vocabulorum recens sophistarum ludus tradebat. Ex illis ludimagistrorum explanationibus quaedam ad Alexandrinos Homeri interpretes pervenire potuisse certum est, fuisse quae pervenerint credibile est, non alios esse qui ab Aristarcho, plerumque refutandi caussa, commemorentur communique indice „glossographi“ dicantur, id vero admodum 6
dubium [34]). — Sophistis viam monstraverit Democritus Abderita, librorum περὶ Ὁμήρου ἢ ὀρθοεπείης καὶ γλωσσέων et Ὀνομαστικοῦ auctor [35]). Harum inscriptionum neutram credo ab Democrito ipso profectam esse, immo utraque alicui eorum deberi videtur, qui ab illo quae essent scripta in ordinem quendam digerebant. Priore autem titulo unum arbitramur opus significari,

34) Cf. Lehrs. Aristarch. p. 43., praestantissimi viri verbis supra fere αὐτολεξεὶ usus sum. 35) Diog. Laert. IX, 48.

quod ita ad Homerum spectarit, ut huius et ὀρθοέπειαν et γλώσσας explicaret, neque vero ὀρθοέπεια Democriti fuerit illa, quae grammaticis plerumque dicitur, „recta locutio", emendata cum suavitate vocum explanatio [36]), sed potius „recta elocutio" quo sensu Dionysius accepit, cum Demosthenem ὀρθοεπείας normam dicit [37]). Alterum opus, Ὀνομαστικόν, diligenter illud distinguendum est ab Ὀνοματικῷ, quale Herodianus scripsit [et Arcadius ex emend. Bernhardyi in Suid. Vol. I. p. 739. et Trypho]; in Ὀνοματικῷ enim omnia ad solam grammaticam nominum rationem revocabantur; quae eorum esset orthographia, quae declinatio, quae divisio, id ibi accuratius pertractabatur, significationi aut nulla aut non magna opera dabatur; contra in Ὀνομαστικῷ nomina eatenus spectabantur, quatenus rerum essent denominationes. Ὀνομαστικά igitur ad lexica et glossaria propius accedebant, a quibus tamen duobus nominibus differebant; primum enim etsi non neglegebant, quae usu rariora, quae obsoleta, quae intellectu difficiliora essent, non magis tamen vulgares voces quotidianaeque vitae spernebant nomina; deinde non erant illa litterarum ordine disposita sed rerum quandam distributionem sequebantur, ut quae res sua natura finitimae et propinquae, earundem denominationes quoque spatio vicinae essent, ratio autem synonymorum potissimum et homonymorum haberetur, neque vero in summa rerum distributione internae quaedam earum virtutes spectabantur, sed multa casui et fortunae relinquebantur; ea omnia dubitantem et nescientem docebit, quod aetatem tulit Pollucis Naucratitae Onomasticon. — Atque haec de Democrito, quem quod sophistis praei-
7 visse dixi, eo spectavi, quod primum Gorgiae sophistae Leontini Ὀνομαστικὸν quoddam ferebatur, non magni illud factum ab Polluce, cui uni [38]) huius libri memoriam acceptam referimus. Deinde in verborum significationibus similiumque nominum potestatibus eruendis cum alii sophistae bonam operam ponerent, tum Prodicus Ceus in ὀνομάτων διαιρέσει sive in differentiis nominum synonymorum distinguendis longe ceteris praestitit, primus ille περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος de industria docere professus, cuius

---

36) Quintil. I, 5, 33. 6, 20. Velius Longus de orthogr. p. 2228. 2232. 2238 Putsch. 37) De admir. vi dic. in Demosth. pag. 1035. [V. Gros annot. in Philodem. p. 109.] 38) Pollux. IX Praefat.

πεντηκοντάδραχμος ἐπίδειξις omnis huc pertinebat; huius autem scholis multi et nobilissimi eruditissimique homines intererant [39]). Alii sophistae in poetarum enarratione elaborabant, quae sine verborum interpretatione fingi nulla potest; cadit illud in Protagoram imprimis, quem Plato [40]) et Simonideum quoddam carmen explicantem introducit, et hoc dicentem facit: παιδείας μέγιστον μέρος περὶ ἐπῶν δεινὸν εἶναι, ἔστι δὲ τοῦτο τὰ ὑπὸ ποιητῶν λεγόμενα οἷόν τ' εἶναι ξυνιέναι κτλ. Quod autem idem Protagoras et dicendi modos et nominum genera primus distinxit [41]), ab hoc loco alienum est. Hippiae vero Elei industria omnis in alio theatro spectata est; haec enim in graecis quidem antiquitatibus explicandis [42]), in litterarum vi et potestate sive in rhythmica earum indole constituenda [43]) versabatur, in verborum significatione nihil ille, quod sciam, praestitit. — Post sophistas commemoramus philosophos; ex his Antisthenes cum ab nominum consideratione voluisset liberalis institutionis initium fieri [44]), scripsit [45]) tum quinque libros περὶ παιδείας ἢ ὀνομάτων tum singularem librum περὶ ὀνομάτων χρήσεως ἢ ἐριστικόν; nam quae περὶ διαλέκτου et περὶ λέξεως ἢ χαρακτήρων scripsit, ab hoc loco aliena sunt. — Plato de linguae origine in Cratylo multum philosophatur, in veriloquia verborum saepius inquirit, in eorum autem significationibus eo usque dumtaxat desudat, quod partim notiones sive definitiones aliquot proposuit, partim nunc Aeolicas Doricasve voces Atticis adhibitis interpre-

39) Cf. Welcker. Rhein. Mus. I, 559 sqq. [kl. Schr. II, 408.]. Subtilium distinctionum ab Prodico institutarum egregia quaedam specimina continet Platonis Protagoras p. 340., reliqua quas quidem in Platonis dialogis extant, post alios composuit Spengelii diligentia (Art. Scriptt. p. 48 sqq.) 40) Plat. Protag. p. 339. Quod igitur Themistius (Or. XIII. p. 289. d. p. 350. Dind.) habet, καὶ Πρόδικος καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης ὁ μὲν ὀρθοέπειάν τε καὶ ὀρθοῤῥημοσύνην μισθοῦ ἐκδιδάσκων τοὺς νέους, ὁ δὲ τὰ Σιμωνίδου τε καὶ τῶν ἄλλων ποιήματα ἐξηγούμενος, σοφισταὶ ὅμως καὶ ἤστην καὶ ἐλεγέσθην, ita esse explicandum, ut Prodico ὀρθοέπεια et ὀρθοῤῥημοσύνη, Protagorae interpretatio poetarum tribuatur, verissime docet Welckerus l. c. [p. 452.]. 41) Classen de grammat. graec. primord. p. 29 sqq. 42) Plat. Hipp. mai. p. 285, d. 43) Classen l. c. p. 32 sq. 44) Arrian. Diss. Epict. I, 17. Ἀντισθένης λέγει ὅτι ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις. 45) Diog. Laert. VI, 17. cf. Petersen A. L. Z. 1841. Nov. p. 379.

tatur, nunc antiquiorem Atthida cum suae aetatis consuetudine componit [46]. — Aristoteles cum omnino eruditionem et multiplicem litterarum doctrinam cum philosophia coniungeret, tum grammaticae quoque si minus, id quod veteres aliquot scriptores iudicarunt [47], auctor, at eius certe amplificator erat; sed utut ille de linguae elementis, de partibus orationis, de generibus substantivorum, de nominum declinationibus insigni diligentia commentatus est, quamquam etiam quae huc pertinerent quaestiones magis movit quam decrevit et finivit [48], de verborum tamen significationibus eruendis accuratiusque constituendis ipse et familia Peripatetica mediocriter merebantur, nisi quod definitiones eis etiam plures debentur quam Platoni; *περὶ λέξεως* enim
8 libri, qui Aristotelis [49], Theophrasti [50], Eudemi [51] aliorumque Peripateticorum ferebantur, ad rhetoricam elocutionem pertinebant, grammaticum de verborum significatione locum raro attingebant. Plura fortasse eo in genere Heraclides Ponticus praestitit, qui Democritum singulari, Heraclitum quattuor libris interpretatus est, id quod sine verborum explicatione effici non poterat. Sed omnes Peripateticos facile superaverit Praxiphanes Dionysophanis filius, Mitylenaeus idemque Rhodius, Theophrasti auditor. Hic, de quo nunc ipsum diligenter commentatus est Prellerus [52], cum non tantum una cum Aristotele sublimiorem grammaticam absolvisse [53], sed primus etiam grammatici nomine appellatus esse dicatur [54], rectius fortasse inter grammaticos quam inter philo-

---

46) Classen l. c. p. 21 sq. 47) Dio Chrysost. Or. 53. p. 563. (II. p. 274. Reisk.) *Ἀριστοτέλης ἀφ' οὗ φασι τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν.* 48) Classen l. c. 49) Diog. Laert. V, 24. extr. 50) Diog. Laert. §. 47. De Theophrasti libro *περὶ λέξεως* uberius exposuit Maximilianus Schmidt in diligentissima commentatione de Theophrasto rhetore p. 37 sqq. 51) Diog. Laert. V, 88. 52) „Prelleri de Praxiphane Peripatetico inter antiquiss. grammatic. nobili disputatio“ praemiss. Indici scholarum Dorpatens. a. 1842. 53) Bekk. Anecd. II. 729. *ἡ δὲ περὶ τὸν Ἑλληνισμὸν (γραμματική), ἥτις καὶ νεωτέρα ἐστίν, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ Θεαγένους, τελεσθεῖσα δὲ παρὰ τῶν Περιπατητικῶν Πραξιφάνους τε καὶ Ἀριστοτέλους.* 54) Clemens Alex. Strom. I. p. 365. Pott. *Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Κυμαῖος πρῶτος τοῦ κριτικοῦ εἰσηγήσατο τοὔνομα καὶ γραμματικὸς προσηγορεύθη. ἔνιοι δὲ Ἐρατοσθένη τὸν Κυρηναῖόν φασιν, ἐπειδὴ ἐξέδωκεν οὗτος βιβλία δύο γραμματικὰ ἐπιγράψας. ὠνομάσθη δὲ γραμματικός, ὡς*

sophos commemoretur; sed utut est, glossas eum explicasse duo quae supersunt fragmenta fidem faciunt. — Stoici grammaticam philosopham, quae dicitur, inchoatam a Peripateticis ita absolverunt, ut Graeci nullam Stoicorum grammatica viderent perfectiorem [55]); verba quoque et unde essent dicta studiose exquirebant [56]), neque quid significarent prorsus neglegebant; immo utrumque cum dialectica coniungebant [57]), quam, ut Chrysippus auctor est [58]), *περὶ τὰ σημαίνοντα καὶ τὰ σημαινόμενα* versari volebant. Praeterea Stoicorum eos, qui *περὶ λέξεως* scripserunt, quod, ut modo dixi, id genus libri ad rhetoricam potius pertinebant, sed nonnulli eorum, veluti Zeno, Cleanthes, Antipater Tarsensis et qui imprimis hic dicendus nobis est, Chrysippus, etiam *περὶ λέξεων* commentati sunt [59]).

Ab eloquentiae professoribus et artium rhetoricarum scriptoribus, sive sophistae illi sive philosophi sive rhetores dicebantur, neque nihil neque multum credibile est ad hunc de verborum significatione locum expediendum esse collatum; hoc cum quartus librorum ad Herennium et tertius liber Ciceronis de oratore tum Demetrii qui aetatem tulit *περὶ ἑρμηνείας* libellus luculenter probat; illud vel inde apparet, quod ubi, ut hoc utar, de verbis ambiguis praecipiebant, quae in duas pluresve sententias accipi possent, vel vitandis ut ne obscura, vel consequendis, ut oratio urbana festivaque et acuta redderetur, ne poterant quidem verborum ancipitium multiplices significationes praetermittere. Sed satis habemus nomina posuisse eorum, qui ab Empedocle Agrigentino, quem primum volunt aliqua circa rheto-

---

νῦν ὀνομάζομεν, πρῶτος Πραξιφάνης Διονυσοφάνους Μιτυληναῖος. Haec vehementer luxata et turbata videntur; restitue saltem: *Κύμαῖος πρῶτος (τοῦ γραμματικοῦ ἀντὶ) τοῦ κριτικοῦ εἰσηγ. τ. — βιβλία δύο, γραμματικὰ ἐπιγράψας (ὠνομάσθαι οὕτως πρῶτον.) ὠνομάσθη κτλ.*
55) Preller l. c. p. 12. Rud. Schmidt Stoicor. grammatica. Hal. 1839.
56) Cic. de offic. I, 7. In etymologica arte Stoicos duces secutus est etiam Varro, qui V, 9. se „non solum ad Aristophanis lucernam sed etiam ad Cleanthis lucubrasse“ et VI, 1. „huius rei sibi auctorem Chrysippum et Antipatrum“ profitetur. Hinc merito colligit C. O. Muellerus grammaticam Stoicorum doctrinam ex Varrone partim instaurari posse. 57) Diog. Laert. VII, 55. 58) ibid. 62. 59) Diog. Laert. VII, 4. De Cleanthe autem et Antipatro Tarsensi cf. not. 56. et Diog. L. VII, 58. quamquam hic alii libri habent *περὶ λέξεως*.

ricen movisse [60]) ad Peripateticos usque et Stoicos, quorum
libros *περὶ λέξεως* iam commemoravimus, in hac arte elaborarunt,
ut Coracem et Tisiam Syracusanos, Thrasymachum Chalcedonium,
Theodorum Byzantium, Gorgiam Leontinum, Protagoram et
9 Prodicum, Polum Agrigentinum [61]), Licymnium, Callippum [62]),
Pamphilum, Parmenidem, Archelaum [63]) *τεχνογράφους*, tum
Atticos illos Antiphontem, Lysiam, Isaeum, Aeschinem, imprimis
autem Isocratem et Isocrateos Philiscum Milesium, Naucratem
Erythraeum, Theodectem Phaselitam, Ephorum [64]) Cymaeum,
Anaxagoram, in quorum arte elocutioni plurimum tribuebatur [65])
et elocutionis praecepta singulari industria libris *περὶ λέξεως*,
περὶ ἑρμηνείας, *περὶ φράσεως* tradebantur [66]).

Grammatica autem, ex quo ad artem disciplinamque revocata est, hunc de glossis locum, in cuius tamquam vacuam caducamque possessionem, ut modo vidimus, grammatistica, sophistica, philosophia, rhetorice irruerant, ita sibi soli vindicavit, ut reliquas artes eo excluderet. Faciunt huc pleraeque omnes, utut alioquin differunt, quotquot Graeci grammatici tum grammaticae grammaticique dederunt definitiones, tum illius descriptiones et divisiones. Earum nobiliores commemorabo. Dionysius igitur Thrax [67]), *γραμματική*, inquit, *ἔστιν ἐμπειρία τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λεγομένων*, quam finitionem Aristarcheam esse Classenus [68]) evicit; huius definitionis parte immutata parte abiecta Asclepiades [69]) *γραμματική*, dicit, *ἔστι τέχνη τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσι λεγομένων*. De-

---

60) Quintil. III, 1. Sturz Empedocl. p. 24. De iis artium scriptoribus, de quibus nihil in his animadversionibus dicetur, adi Westermanni histor. eloq. Graec. 61) Polum *περὶ λέξεων* scripsisse Suidas auctor esse videtur, nisi maior fides penes eos Suidae libros, qui *λέξεως* scripturam offerunt. — De Licymnii arte cf. Spengel art. scriptt. p. 85. 88 sq., qui cum *κάλλος ὀνόματος* aut *ἐν τοῖς ψόφοις* aut *ἐν τῷ σημαινομένῳ* inesse contenderit, significationi verborum eruendae aliquid tribuisse censendus est. 62) Callippi artem commemorat Aristoteles Rhet. II, 23, 14 et 21. Pamphili idem ib. 63) Archelaus *τεχνογράφος* Diog. Laert. II, 17. Parmenides *ῥήτωρ τεχνογράφος* id. IX, 23. 64) Meier-Marx. de Ephor. p. 133. 65) Spengel p. 161. 66) *περὶ φράσεως* Hermagoras scripsit Temnius, *περὶ ἑρμηνείας* Demetrius, Anaximenes Lampsacenus, alii. 67) Sext. Empir. adv. gramm. I, 3, 57. Bekk. Anecd. II. p. 629. 68) Classen l. c. p. 81. 69) Sext. §. 74.

metrius autem Chlorus [70]) *γραμματικὴν τέχνην* vult esse *τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ τῶν κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν λέξεων εἴδησιν*. Qui vero Pergamenae scholae grammaticae quasi antesignanus erat, Crates Mallotes, Aristarchi adversarius, cum ab grammatico criticum distingueret et hunc cum architecto, illum cum ministro comparat, *τὸν γραμματικὸν* dixit [71]) *ἁπλῶς γλωσσῶν ἐξηγητικὸν καὶ προςῳδίας ἀποδοτικὸν καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων*. Idem confirmat Seneca nobilissimo eo loco [72]), ubi Ciceronis de republica librum si hinc philologus prehendat, hinc grammaticus, hinc philosophus, alium aliud inde subnotaturum dicit; grammaticum enim in commentarium relaturum esse reapse dici ab Cicerone nec minus sepse, deinde transiturum ad ea, quae consuetudo saeculi mutarit. — Partes autem grammaticae cum Asclepiades [73]) tres *τεχνικόν, ἱστορικόν, γραμματικόν*, totidemque Sextus Empiricus [74]) *τεχνικόν, ἱστορικόν* et *ἰδιαίτερον*, reliquorum autem plerique omnes [75]) quattuor *διορθωτικόν, ἀναγνωστικόν, ἐξηγητικόν* et *κριτικόν*, unus denique Dionysius Thrax sex constituerit [76]) divisa prima parte in tres 1) *ἀνάγνωσιν ἐντριβῆ κατὰ προςῳδίαν*, 2) *ἐξήγησιν κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας ποιητικοὺς τρόπους*, 3) *λέξεων* v. *γλωσσῶν καὶ ἱστοριῶν ἀπόδοσιν*; 4) *ἐτυμολογίας εὕρεσιν*, 5) *ἀναλογίας ἐκλογισμόν*; 6) *κρίσιν ποιημάτων*: de glossis locum Asclepiades historicae parti subiecit, Sextus ad *ἰδιαίτερον* retulisse videtur (nam hanc partem sic describit: *τὸ κατὰ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς ἐπισκοποῦσι, καθὸ τὰ ἀσαφῶς λεγόμενα ἐξηγοῦνται*), Dionysius 10 una cum historiarum enarratione tertiam partem iussit esse, reliqui omnes *διορθωτικῷ* adscripserint; nam quod Cicero, ut

70) id. §. 84. 71) id. §. 79. Tyrannionem, qui *γραμματικὴν* voluit *θεωρίαν μιμήσεως* esse (Bekk. Anecd. 668.) et si quae eiusdem farinae sunt, consulto praetereo. 72) Senec. epist. 108. 73) Sext. Empir. l. c. §. 252. 74) ib. §. 91. 75) Schol. in Dionys. Thrac. gr. in Bekk. Anecd. p. 736. *τὰ πάλαι μέρη τῆς γραμματικῆς ἦν τέσσαρα καὶ εἰσὶ ταῦτα διορθωτικόν, ἐξηγητικόν, κριτικόν, καὶ τέσσαρα τὸ πάλαι παρεδίδοσαν τοῖς νέοις ἔχειν τὴν γραμματικήν*. p. 659, 27. 671, 5. (p. 683, 15. inverso ordine *τὸ διορθωτικόν* tertio loco collocatur, *ἀναγ. ἐξ. διορ. κριτ.*; idem ordo est 671, 5. quem locum not. 78. allaturus sum). 76) Sext. l. c. §. 248. habet *λέξεων*, in ipsa Dionysii Thracis grammatica p. 626. extat *γλωσσῶν*.

aliquot exemplis comprobet quae sint conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuisse, etiam hoc utitur [77]: „ut in grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus" non putandus est iustas grammaticae partes referre voluisse. Inter organa autem quae dicebantur grammaticae τὸ γλωσσηματικὸν non infimum locum tenebat [78].

His expositis transeo ad ipsos glossarum sive lexeon scriptores [79]. Antiquissimus eorum, qui ex grammaticis „lexin" scripserunt, fortasse Apollodorus erat Cumanus [80], quem primum grammaticum se dixisse Clemens Alexandrinus auctor est, quamquam huius aetas incertissima est. Certior longe est Philetae Coi memoria, qui vitam a Philippi regno usque ad Ptolemaeum primum perduxit; hic glossas, imprimis homericas in Ἀτάκτοις sive Miscellaneis exposuit [81]. Post Philetam com-

---

77) Cic. de orat. I, 42. 78) Bekk. Anecd. p. 659. ὄργανα δέ εἰσι τέσσαρα τὰ περὶ τὴν γραμματικὴν ὄντα, γλωσσηματικόν, μετρικόν, τεχνικόν, ἱστορικόν. ib. 671. ἡ γραμματικὴ διὰ τοῦ γλωσσηματικοῦ καὶ μετρικοῦ καὶ τεχνικοῦ (omissum igitur hic est ἱστορικόν) καὶ διδάσκει τὴν ἐξήγησιν καὶ τὴν διόρθωσιν καὶ τὴν κρίσιν. 79) Litteris haec aliquot annis ante exarata erant, quam in manus meas veniret Laurentii Lersch. „Sprachphilosophie der Alten III. Th. Bonn 1841" ubi hic quoque de glossis locus p. 63 sqq. diligenter pertractatus est. Nolui autem hinc mea vel augere vel corrigere, ut ne alienam messem metere viderer. 80) Schol. Theodos. in Dionys. Thrac. gr. ap. Burmann. in Vales. art. crit. p. 146. (nam in scholiis, quae Bekkerus in grammat. Dionys. Thrac. edidit, is non exstat locus) Αὐτόδωρος ὁ Κυμαῖος συγγραψάμενος λέξιν, ἐπέγραψεν Αὐτοδώρου γραμματικοῦ λέξιν. Hic „Apollodori" nomen probabiliter reposuit Classenus de gramm. graec. primord. p. 8., quem sequitur Prellerus l. c. p. 9. Clementis locum posui supra not. 54. 81) Philetam Hermesianax quidem ap. Athen. XIII, 598. f. circa omnia vocabula et omnem sermonem elaborasse dicit (περὶ πάντα ῥήματα καὶ πᾶσαν τρυόμενον λαλιήν), attamen ad glossas tantum sive ad reconditiora vocabula τὰ τοῦ Φιλητᾶ βιβλία spectasse tum Strato comicus luculenter docet ap. Athen. IX, 383, b. tum inscriptio demonstrat ἐν ἀτάκτοις γλώτταις, qua schol. Apoll. Rhod. IV, 989, ἐν γλώτταις, qua Etym. M. 330, 39. utitur; quamquam ab Phileta ipso libros simplici Ἀτάκτων indice inscriptos esse arbitror. Quae autem aetatem tulerunt fragmenta, suadent ut ad Homericas potissimum glossas, neque tamen ad has solas pertinuisse statuamus Miscellanea; nam quaedam glossae ab Homericis carminibus abhorrent, veluti ἀμόραι, ἄμφωτις, ἄστλιγξ, Ἀχαιά, Ἄχνη, δεῖνος, κρήϊον, ὄμπνιος, πρόκες,

memorandus esset Zenodotus Ephesius, qui Philetae discipulus erat, si quae commemorantur Zenodoti ἐθνικαὶ λέξεις et περὶ φωνῶν ζῴων libellus sive de „verbis, quibus variorum animalium voces designabantur“, Ephesii neque iunioris cuiusdam Zenodoti Alexandrini fuisse constaret [82]). Commemorandus esset eodem loco Clitarchus, modo constaret, quod non constat, quamquam illud constare visum est Vossio, Schweighaeusero, aliis, qui argumentis tamen, quod sciam, nullis usi ita statuerunt, Clitarchum glossographum non diversum esse ab Clitarcho rerum Alexandri scriptore [83]). His magis nota atque testata est aetas 11
Lycophronis Chalcidensis Callimachique et Eratosthenis. Eorum Lycophro, cum esset a Ptolemaeo Philadelpho in bibliotheca Alexandrina comoediis colligendis et in ordinem redigendis praepositus [84]), magnum opus de comoedia (περὶ κωμῳδίας) condidit,

---

προχύτης, σκαλλίον, σκεῖρος, aliae; contra Homericae sunt οὐλοχύται, πηγός, χέρνιβα, „μίστυλλα, μοίρας, δίπτυχ', ὀβελούς“, ἀγκάλη, ἄωτον, ἴσθμιον, κύπελλον, πέλλα. „Miscellanea“ Philetas inscripserit librum, quod liberiore quodam ordine passim et quasi per saturam esset dispositus. Praeter Miscellanea Philetas commentarios quoque in Homerum scripserit, quibus iudicium suum de verborum contextu, qui vocatur, constituendo protulerit; commentariis his Aristarchus opposuerit τὸ πρὸς Φιλητᾶν σύγγραμμα, quod in Homericis scholiis semel in partes vocatur; ex illis repetita sint, quaecumque in iisdem scholiis vel in Eustathio ad crisin Homericam spectantia tamquam ab Phileta profecta afferuntur. Cf. Nicol. Bach. Philet. p. 68 sqq.

82) Zenodoti ἐθνικαῖς γλώσσαις testimonium denunciatur ab Galeno explanat. voc. Hippocr. p. 540. 542. Hinc petita videntur Zenodotea, quae apud Athen. VII, 327, b. XI, 478, e. leguntur. De libello περὶ φωνῶν ζῴων cf. Valckenaer Animadvv. in Ammon. III, 18. p. 228.

83) Harpocratio cum v. ἐπιβλῆτας commemoret Κλείταρχον τὸν γλωσσογράφον, v. ὁμηρεύοντας autem solum habeat Κλείταρχος ἐν τῇ ἑ, grammaticum videtur ab rerum scriptore distinguere voluisse. Apud Athenaeum bis XI, 468, a et 475, d. extat Σιληνός καὶ Κλείταρχος, semel X, 478, e. Σιληνὸς καὶ Κλείταρχος ἔτι δὲ Ζηνόδοτος; crederes hinc Clitarchum aetate posteriorem fuisse Sileno, qui inter Hannibalici belli et Ciceronis tempora vixisse videtur, sed Athenaeus in scriptorum memoriis temporis ordinem adeo negligit, qui XI, 482, f. — 483, a. et. XV, 677, c. Silenum vel ante Philetam ponat. [Vid. M. Schmidt, Clitarchi reliquiae, Berol. 1842. p. 7 et p. 15 sq. H.]

84) Cf. tum Plautinum scholium ab Ritschelio nostro in libro, cui indicem fecit, „Die Alexandrinischen Bibliotheken“ etc. Vratislav. 1838. 8. plenissime editum tum graecum incerti scriptoris libellum de comoedia primum ab Cramero (Anecd. Paris. T. I. Oxon. 1839. 8.), dein

in quo non tantum exposuit, quaecumque ad *διδασκαλίαν* comoediarum Atticarum pertinerent, sed verba quoque explicavit, quae non vulgaria usu aut Alexandrinorum iudicio obscura viderentur. Simile institutum tenuit Eratosthenes, cum eodem indice inscriptos commentarios Lycophroneis opponeret; hos quoque fuisse amplissimo volumine credibile est, quippe quorum liber XII. ab Photio [85]) in partes vocetur; in his verborum comicorum sive *κωμικῆς λέξεως* interpretationem late patuisse quae aetatem tulerunt fragmenta fidem faciunt [86]). Callimachum autem, qui erat ut Lycophrone iunior ita senior Eratosthene, non minus utroque in verborum explicatione desudasse documento est, quod aliis libris Democriti glossas, *ἐθνικὰς ὀνομασίας*, aliis *μηνῶν προςηγορίας*, denique aliis libris de urbium et insularum originibus et mutatis nominibus commentatus est. — Qui Zenodoto Callimachoque et Eratosthene magistris usus est, Aristophanes Byzantius, hic non tantum de nominibus tum aetatum [87]) et cognationis tum affinitatis [88]) sive *Συγγενικά*, sed etiam magnum

---

in Germania saepe et multum typis expressum, ab Ritschelio autem in commentatione, quam Altensteinii memoriae universitatis Bonnensis nomine consecravit, luculenter illustratum (1840. 4.) 85) Phot. v. *εὔκλεια*. 86) De Lycophronis et Eratosthenis *περὶ κωμῳδίας* libris cf. Meineke hist. cr. com. gr. p. 10 sq. In Eratostheneis legebantur explicationes non paucarum vocum, quae ad Attica instituta pertinerent, veluti *βασιλίδες, δεκάζειν, κύρβεις, Λύκου δεκάς, μεῖον, μεταλλεῖς*, quibus partim suos hortulos irrigarunt lexicorum rhetoricorum auctores; cf. Bernhardy Eratosth. p. 213. 87) Eum librum Athenaeus IX, 375, a *περὶ ἡλικιῶν*, Eusthathius in Il. I, 535. p. 772, 58. in Od. *μ*, 252. p. 1720, 25. Od. *ξ*, 81. p. 1750, 12. Od. *ρ*, 219. p. 1817, 19. *περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν* appellat. Eo in libro non tantum de hominum, sed de omnium animalium aetatibus et de nominibus illorum pro aetatis differentia variis egit. Hinc desumpta est, quae ab Eustath. in Il. IV, 824. p. 962, 7. extat tamquam ab Aristophane grammatico profecta distinctio inter *βρέφος, παιδίον κτλ.*; indidem crederem repetita, quae ad *προςφωνήσεις παιγνιωδεστέρας καὶ ὑποκοριστικὰς ἄππα, πάππα, μάμμα, μάμμη, μαμμαῖα* pertinentia ex Aristophane tradit Eustath. p. 1118, 9., nisi praestaret haec ad librum *συγγενικῶν* referre. 88) Eustath. in Il. Z, 378. p. 648, 54. *ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ Συγγενικοῖς εὕρηταί τις διαφορὰ τοῦ ἑκυρὸς καὶ πενθερός.* Noli igitur dubitare, quin apud Athenaeum X, 424. c. pro *ὡς Ζηνοφάνης ἐν τῷ Συγγενικῷ* reponendum sit: *ὡς Ἀριστοφάνης*, quamquam Zenophanis nomen iterum legitur XIII, 576. d. In hoc libro extitit fortasse Aristophanis explicatio vocum *χηρός, χηρωστής*, commemorata

opus glossarum condidisse videtur, cuius quae solae diserte commemorantur *Λακωνικαὶ* 89) *γλῶσσαι* et *Ἀττικαὶ* 90) *λέξεις* 12

ab Enstath. in Il. *E*, 627. p. 589, 20. Idem argumentum alii quoque post Aristophanem pertractarunt [velnti Philistides *ἐν συγγενικοῖς* commemoratur ab Eustath. ad Il. *T*, 200. p. 84.]. Memorabilem locum, qui in *ἐκθέσει συγγενικῶν λέξεων φερομένων ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ* extitit, habet Eustath. in Il. *E*, 408. p. 565, 20; alium, nescio cuius *τὰ ῥηθέντα συγγενικὰ ἐκγραψαμένου* neque minus memorabilem habet idem in Il. *Ξ*, 118. p. 971, 23. Aristophanis vero librum spectat tum Phot. v. *οἰκείαν*, nbi fortasse scribendum: *παρεσημειοῦντο πρὸς τὴν οἰκείαν, ὅτι οὐ κυρίως κέχρηται τῷ ὀνόματι. οἰκείους γὰρ ἐκτίθεται Ἀριστοφάνης ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν κτλ.* tum Eustath. in Il. *B*, 625. *ὡς δηλοῖ ὁ ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων*, ubi differentia traditur et significatio vocum *τηθίς, τήθη, μάμμη, θεῖος, πάτρως, μήτρως* etc. 89) Athen. III, 77, a. *Πάμφιλος-τοῦτο λέγων Ἀριστοφάνην εἰρηκέναι ἐν Λακωνικαῖς γλώσσαις.* Id. 83, a. *Ἀριστ. ὁ γραμματικὸς ἐν Λ. γ.* Hesych. v. *Πουρέακος* habet *ὡς Ἀρ. φησιν ἐν ἐξηγήσει Λακωνικῶν*, quae verba fortasse in alicnum locum migrarunt et reponenda sunt post proximam superiorem glossam: *πούρδαιον, μαγειρεῖον, Λάκωνες.* Easdem glossas significat idem vv. *ἄαδα* et *βούθιτον.* Quodsi contuleris Eustath. in Il. *B*, 537. p. 279, 39. *ὡς ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης παρέπηξεν ἐν* (sic). *οἷς ἔφη περὶ καινοτέρων λέξεων* (agitur eo loco de Aeolismis quibusdam), in Od. *ξ*, 350. p. 1761, 24. *Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς καὶ ἄλλας ἐκτίθεται καινοφώνους λέξεις, οἷον ἀσίλλαν, — μοιχὴ καὶ μοιχὶς ἀσυνηθῆ — καὶ τὸ στεγανόμιον — καὶ τὸ ἐπικοκκάζειν ὕβρει — καὶ λαπίζειν — καὶ βαυβᾶν — καὶ τὸ ἀρδαλῶσαι κτλ.*, probabile tibi videbitur libros Aristophanis latins patuisse atque aliarum etiam Graecarum gentium glossas esse complexos, ita ut eorum partem constituerint non minns laconicae quam atticae glossae. Ex hoc maiore opere, neqne vero ex ea parte, quae ad laconicas glossas pertinebat, petita sunt, quae extant ap. Schol. Hom. Il. *A*, 567. *ἐν δὲ ταῖς τοῦ Ἀριστοφάνους γλώτταις διὰ τοῦ ε̄ ἐγέγραπτο ἀέπτους* (unde habet Eustath. p. 150, 18. *Ἀριστοφάνης δὲ ἐν ταῖς γλώσσαις, ὥς φασιν οἱ παλαιοί, ἀέπτους γράφει διὰ τοῦ ε̄*), ap. Enstath. in Il. *E*, 266. p. 546, 28. (agitur de *ἀμύνεσθαι*), ib. v. 413. p. 566, 12. (agitur de voce *οἰκετῶν*), in Il. *Λ*, 676. p. 877, 49. (luculentissimum fragmentum, quo de *μῆλα, πρόβατα, νομεῖς* similibusqne agitur, eins particula repetitur in Od. p. 1828, 58.) in Od. *ϱ*, 455. p. 1827, 46. (agitur de *ἐπιστάτης* voce) *φ*, 407. p. 1915, 18. (explicatur *κόλλοψ*), Hesych. v. *Μεσαύχενες.* Qnod tamquam fragmentum lexeon Aristophanis Boissonadius edidit in libro „Herodiani partitiones ed. Boissonade“ Lond. 1819. p. 283 — 289. hac inscriptione: *ἐκ τοῦ Ἀριστοφάνους τοῦ περὶ λέξεων διαλαβόντος*, contaminatum est additamentis tanto nomine indignis. 90) *Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσι* Erotian. p. 86. 118. 232. Athen. XIV, 619, b; in Cramer. Anecd. 3, 391. pro

partem tantum constituerint; harum utrasque usurpavit et Erotianus, qui sub Nerone, et Pamphilus, qui paullo post vixit; ex hoc eas cognoverit Athenaeus [91]). — Qui Aristophani aequalis erat, Polemo singulari epistola *περὶ ἀδόξων ὀνομάτων*, i. e. de vocabulis infamibus, sive, ut Gellii verbo utar, inopinabilibus commentatus est [92]). Ex Aristophaneis in simili studio versati sunt Artemidorus, Callistratus, Diodorus; nam maximus Aristophanis discipulus, Aristarchus, si Lehrsium audis [93]) „non scripsit glossas, sed in continua poetae interpretatione versatus est, in consuetis vocabulis — plus etiam quam in rarioribus et antiquitate obscuratis operae ponens, et, ne quid praetermittatur, verbum verbo reddens". Illorum autem Artemidorus ὁ *Ἀριστοφάνειος* [94]), sive, ut convicii caussa dicitur, ὁ *Ψευδαριστοφάνειος* [95]), quem ab cognomine Ephesio, nobili *γεωγραφουμένων* scriptore probabilius est fuisse quam non fuisse diversum [96]), is igitur magnum opus

Ἀττικαὶ διαλέξεις reponendum *λέξεις*; his tragicorum potissimum voces sententiasque expositas esse, ut glossarium quasi tragicorum retulerint, mirum est Richteri commentum (de Aeschyl. Soph. Eur. interpret. graec. p. 71.), immo non dubito, quin in hac parte glossarum Aristophanis explicatio quoque extiterit *οἰκότριψ* vocis, quae legitur ap. Eustath. p. 1327, 22; eodem retulerim aliquot etiam glossas, quae ap. Phot. leguntur vv. *Κάνδυτος*, *Λύσιοι τελεταί*, *μυσχαλίσματα*, *σπατάγγαι*; nam *συρβάβυττα* ad librum Aristophanis *περὶ παροιμιῶν* (Schneidewin. Praef. in Paroem. p. X sq.) referendum. 91) Ranke de lexic. Hesych. origin. p. 99 sq. 92) Cf. Preller de Polemon. p. 114. 93) Lehrs de Aristarchi studiis Homeric. p. 54. Quod si verum est, apud Hesych. tum in libri inscriptione *Ἡσυχίου γραμματικοῦ συναγωγὴ πασῶν λέξεων κατὰ στοιχεῖον ἐκ τῶν Ἀριστάρχου καὶ Ἀπίωνος καὶ Ἡλιοδώρου* tum in epistola ad Eulogium *τῶν Ἀριστάρχου καὶ Ἀπίωνος καὶ Ἡλιοδώρου λέξεων*, aut corruptum nomen rescribendumque est *Ἀριστοφάνους*, aut referendum ad commentarios. Sed scrupulum etiam hoc affert, quod Galenus expos. glossar. Hippocr. p. 404. Hippocratis glossas Bacchium explicasse scribit *Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ τὸ πλῆθος αὐτῷ τῶν παραδειγμάτων ἀθροίσαντος, ὥς φασιν.* 94) Athen. IV, 182, d. IX, 387, d. XIV, 662, d. 95) Athen. I, 5, b. Suid. v. *Τιμαχίδας.* 96) Non distinguendum esse statuit Rankius l. c. p. 103 sqq., distinxisse videtur Clinton F. H. III, p. 537 sqq., distinxit Rud. Schmidt de Callistrat. Aristoph. p. 6. not. 6. Mihi quidem res incertissima videtur, magis tamen eo inclino ut diversos arbitrer, quod qui, ubi de geographo agitur, totiens „Ephesii", ubi grammaticus significatur, „Aristophanei" vel „grammatici" cognomen adduut, eo additamento distinguere eos voluisse videntur.

grammaticum effecit, quod λέξεις[97]) vel συναγωγὴν λέξεων[98])
inscripsisse videtur; huius partem aliam effecerint Ἰωνικὰ ὑπο-
μνήματα sive Ionici commentarii, in quibus Ionicae dialecti quae
essent propriae glossae, fuerint enarratae; aliam libri περὶ Δω-
ρίδος sive de Dorica dialecto, aliam αἱ ἐπιγραφόμεναι ὀψαρτυ-
τικαὶ γλῶσσαι, sive αἱ ὀψαρτ. λέξεις[99]) culinariae glossae; hoc
in genere praeiveritne Artemidorus an successerit Heracleoni
Ephesio[100]), non ausim decernere, quod de Heracleonis aetate
nihil constat, nisi Lycophrone eum fuisse posteriorem[101]); 13
Heracleonis autem glossarum libros, etsi quae eius commemo-
rantur ab Athenaeo glossae, omnes ad cibos et pocula spectant[102]),
credibile tamen non est intra culinariae fines substitisse. —
Callistratus vero Aristophaneus[103]), nobilissimus ille fortasse
omnium Aristophanis discipulorum, modo ab uno Aristarcho

---

97) Erotian. p. 244. 98) Schol. Aristoph. Vesp. 1164. 99) ὀψ. γλῶσσαι apud Athenaeum locis plerisque extat; ὀψ. λέξεις est ibid. I, 5, b. et ap. Suid. l. c. 100) Ab Ephesio distinguendum esse Aegyptium Heracleonem, quem Suidas auctor est ὑπόμνημα εἰς Ὅμηρον κατὰ ῥαψῳδίαν et περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ προστακτικῶν ῥημάτων scripsisse vix opus est quod commemoretur. Illud ὑπόμνημα tum in scholiis in Homerum aliquotiens in partes vocatur estque ubique intellegendum, ubi solum Heracleonis nomen extat, tum semel iterumque ab Eustathio commemoratur, etiam ab Etym. M. 702, 9; fuisse satis illud nobilitatum et familiam quasi duxisse quae saepius redit in scholiis τῶν περὶ Ἡρακλέωνα memoria probat. 101) Phot. v. τευτάζειν — Ἡρακλέων καταμεμψάμενος Λυκόφρονα. Heracleonem non solum Didymo sed etiam Nicandro Thyatireno priorem fuisse colligeres ex ordine, quo tum Harpocratio (v. ματρυλεῖον — Ἡρακλέων καὶ Δίδυμος) tum Athenaeus (III, 76, a. Ἡρακλέων ὁ Ἐφέσιος καὶ Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνός) utuntur, si ex eo ordine omnino fas esset aliquid colligere. 102) Cf. Ranke l. c. p. 111 sq., qui quod Atticas potissimum glossas ab Heracleone collectas vult, fortasse recte dicit, fortasse non recte; cum vero ὀψαρτυτικῶν glossarum in numerum neque ματρυλεῖον (Harpocr.) referri possit neque τευτάζειν (Phot.) neque γεφυρίς aut τεθήσεται (Hesych.), illud certe non dubium est, Heracleonis libros ad alias etiam glossas quam ad culinarias pertinuisse. 103) De Callistrato Aristophaneo singulari libello commentatus est Rud. Schmidt Hal. 1838. 8., pleraque satis ille probabiliter, unum vero mihi non probavit, quod ab Aristophaneo distinguendum esse negat Domitium Callistratum, librorum περὶ Ἡρακλείας scriptorem, quem Stephanus Byzantius semel uno Callistrati nomine, quinquies duobus illis nominibus appellans testem citat.

recedas, cuius fere aequalem fuisse hinc patet, quod hunc ipsum adeo insectatus esse dicitur, quem etiam propter inconcinnum vestitum in quodam commentariorum carperet [104]), cum Homerum, Pindarum, Sophoclem, Euripidem, Cratinum, Aristophanem commentariis illustraret [105]), tum glossas quoque in Συμμίκτοις [106]) sive Miscellaneis explicavit [107]), quorum septem dumtaxat libros fuisse certum est [108]). — Diodorus denique Aristophaneus [109]) et Italicas [110]) glossas enarravit, et alias, veluti Laconicas et

---

104) Athen. I, 21, c. 105) F. A. Wolf. Prolegom. in Homer. p. 217. Schneider. de scholior. in Aristoph. fontib. p. 87. Callistratum eum, ad quem auctorem de Athenarum urbe (περὶ Ἀθηνῶν) commentationem veterum criticorum alii retulerunt, cum eandem alii Meneclis esse putarent, cum igitur non diversum esse ab Aristophaneo iudicant Clinton F. H. III, p. 530. et Schmidt de Callistrat. p. 29 sq. Me ut libri memoriam hoc loco omitterem omnino, id ipsum movit, quod scrupulum etiam Prellero attulit (de Polemon. p. 173), quia ubicumque extat Καλλίστρατος ἢ Μενεκλῆς περὶ Ἀθηνῶν, scriptura alia Καλλικράτης vel Καλλιστράτης reperitur. 106) Σύμμικτα scripserunt etiam Simmaristus et Seleucus; glossae Seleuci saepius commemorantur; nihilominus coniicere licet ab his quoque in Miscellaneis potissimum neque vero in singulari opere glossas enarratas esse; in Seleuci συμμίκτοις extitit certe Stymphalidum explicatio; Schol. Apoll. Rhod. II, 1055. 107) Erotian. expos. voc. Hippocr. p. 394. Quas Callistrati explicationes vocis ἁπλᾶς Harpocratio et Bekk. Anecd. 425, 12. vocum Ἰδαργαῖοι, Κιλλεία, Σελάχιον Photius, vocum Ἐλείους, Θρώσκω, Ἰλλυρίς, Κύδρος Hesychius commemorant, eas Rud. Schmidt. p. 23 sq. maximam partem ex commentariis depromptas esse statuit, Richterus autem p. 74. ex quodam singulari γλωσσῶν opere delibatas vult, quo comicae potissimum et tragicae voces essent illustratae; ego caussae nihil video, cur in Συμμίκτοις negentur locum habuisse. 108) Septimus liber commemoratur ab Athenaeo III, 125, a. 109) Διόδωρος ὁ Ἀριστοφάνειος extat ap. Athen. V, 180, e; idem in Schol. Pind. Isth. II, 54. a Boeckhio de coniectura repositum est pro Διόδοτος. Diodorum glossarum scriptorem esse Aristophaneum nemo quidem diserte tradidit; sed alium Diodorum, ad quem glossae probabilius referri possint, ignoramus; neque enim glossographum credibile est aut Tarsensem fuisse, aut, id quod Rankius p. 113. statuit, Siculum bibliothecae auctorem; distinguendum glossographum esse ab Diodoro Valerio Alexandrino Pollionis filio recte docuit Otto Schneider de veter. in Aristoph. schol. p. 94. 110) Athen. XI, 479, a. Διόδωρος δὲ ἐν Ἰταλικαῖς γλώσσαις — ὥς φησι Πάμφιλος. Patet hinc eum glossarum librum Athenaeum non ipsum vidisse, sed ex Pamphilo demum cognosse. Ad Italicas glossas spectat etiam Erotian. l. c. p. 216.

Atticas, explicasse omnesque in maioris libri molem coniunxisse videtur [111]).

---

111) Quod apud Athen. XI, 501, d. ubi agitur de Cratini *φιάλαις βαλανειομφάλοις* et XIV, 642, e. ubi Laconicum *ἐπαΐκλεια* explicatur, coniuncta extat memoria *Ἀπίων καὶ Διόδωρος*, quibus locis neque cum Valckenario *Ἡλιοδώρου* (luculenter id refutavit Ritschl de Alexandr. bibl. p. 144.) neque cum Bergkio (Commentatt. de reliq. comoed. p. 65.) *Ἡροδώρου* nomen reponendum est, illud igitur neutiquam probat Apionem Diodoro priorem fuisse, nedum illum librum vel coniuncta utriusque opera compositum vel inchoatum ab altero, ab altero perfectum esse.

III.

COMMENTATIONIS ANDOCIDIAE SEXTAE PARTICULA TERTIA SIVE DE LEXICIS RHETORICIS *).

3 Inter Olympiada centesimam quadragesimam et Olympiada centesimam sexagesimam (a. Chr. 220—140) sive inter Ptolemaei IV. Philopatoris et Ptolemaei VIII. Soteris regna vixit etiam tum Crates, nobilis Pergamenus grammaticus, qui de Attica sive dictione sive dialecto libris si non pluribus, quinque dumtaxat scripsit, quos in verborum potissimum Atticorum explicatione versatos esse ex Athenaeo satis apparet [112]); tum Nicander Colophonius, non minus grammatici quam poetae et medici fama florentissimus, qui ut omnium utensilium [113]) nomina exposuisse videtur, ita glossas explicavit [114]); tum Apollodorus Atheniensis,

---

*) [Praemissa Ind. scholar. aest. a. 1843.] 112) Cf. Schweighaeuser. Indic. in Athen. p. 81., imprimis autem Otto Schneider. l. c. p. 88. Certum vero est libros *περὶ τῆς Ἀττικῆς λέξεως*, qui titulus semel reperitur apud Athen. IX, 366, non diversos ab libris *Ἀττικῆς διαλέκτου*, qui index saepius extat. Horum quintus liber ab Athen. XI, 407, c. in partes vocatur. Hinc repetitae videntur Cratetis explicationes, quae apud Harpocr., Suid., Phot. v. *προκώνια* et ap. Phot. v. *ῥῆσις* leguntur. 113) Quae enim Suid. s. v. Nicandro Colophonio tribuit *περὶ χρηστηρίων πάντων βιβλία γ'*, his Schweighaeuserus animadvv. in Athen. T. 2. p. 299. docuit non omnia oracula, sed utensilia omnia fuisse exposita. [Addit Bernhardyus Philemonis Aexonensis opus *περὶ παντοδαπῶν χρηστηρίων* apud Athen. III. p. 114. D. Rob. Ungerus de Aemilio Macro p. 18. suspicatur *περὶ χρηστηρίων βοτανῶν* „de utilibus herbis"]. 114) Athen. VII, 288, c. *Νίκανδρος ὁ ἐποποιὸς ἐν τρίτῳ γλωσσῶν*. Eustath. in Od. *μ*, 85. p. 1714, 36. *Νίκ. ὁ Κολοφώνιος ἐν γλώσσαις*, unde non dubito quin Colophonius significetur etiam ab eodem Eustath. Il. *Ψ*, 186, p. 1295, 5. *Νίκανδρος ἐν γλώσσαις*, ab Schol. Arist. Eq. 409. *Ν. ἐν τῷ περὶ τῶν γλωσσῶν*, ab Schol. Hom. Il. *Ζ*, 506. *Ι*, 324. *Ν*, 824. Od. *γ*, 444.

discipulus Aristarchi Panaetiique, qui idem argumentum persecutus est [115]).

Tantos viros aut duces aut aemulos habebant, qui glossas sive promiscuas sive singulares vel unius gentis, urbis, regionis insulaeve, vel unius artis, vel unius scriptorum poetarumve 4
generis, vel unius certi cuiusdam poetae scriptorisve explicare instituebant.

Promiscuas autem praeter Aristophanem Byzantium eiusdem disciplinae alumnos Callistratum Artemidorumque et Diodorum, quos maiora glossarum corpora condidisse in priore commentatione significavimus, illas igitur scripserint primum Simmias Rhodius [116]), qui iam sub Ptolemaeo II. Philadelpho

---

et ab Athen. III, 105, c. 114, c. (verum hic locus fortasse non in glossis sed in Aetolicarum rerum libris extitit) XI, 485, d. Cf. Schneidor. Sax. p. 307. Errat O. Schneider. p. 95., quod glossas ad Thyatirenum Nicandrum refert [v. eiusdem Nicandrea p. 203.]. 115) Schol. Hom. Il. A, 244. Ἀπολλόδωρος ἐν γλώτταις. Athen. XIV, 646, c. Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος καὶ Θεόδωρος ἐν Ἀττικαῖς γλώσσαις, quamquam hic locus etiam hanc patitur explicationem, ut ad solum Theodorum referantur Atticae glossae. Ab glossarum libris Apollodori fuerintne plane disiuncti ἐτυμολογουμένων sive ἐτυμολογιῶν libri, propterea mihi dubium videtur, quod in his quoque de verborum non tantum originibus sed etiam significationibus disseruisse Apollodorum Athenaeus II, 63, c. XIV, 663, a. fidem facit. Si vero sunt diversi, quae Heynius in Apollodor. p. 443 sqq. rettulit ad etymologiarum, eorum pleraque non minus ad glossarum libros referri possunt. 116) Simmiam Rhodium grammaticum Strab. XIV, 655. inter eos nominat, qui patriam urbem fama nominis sui ornarint, cui quod subiungit καὶ Ἀριστοκλῆς ὁ καθ' ἡμᾶς, satis iam probat Simmiam Aristocle antiquiorem fuisse. Atque aliquanto eum priorem fuisse ex Hephaestione apparet, qui Enchir. c. 9. p. 54. Philiscum Corcyraeum, tragicum Pleiadis, quem Suidas auctor est sub Ptolemaeo Philadelpho vixisse, mentiri dicit, quod hexametri choriambici inventorem se iactet, quo genere iam ante eum Simmias sit usus; etenim cum ab eodem Simmia et tres glossarum libros et varia carmina scripta esse Suidas doceat, dubitari nequit quin Simmias poeta fuerit idem, qui grammaticus certe non posterior Ptolemaeo Philadelpho. Non est autem dissimile veri etiam Timachidam popularem eius, quem cum eo Athen. XV, 677, c. in hunc modum coniungit: Τιμαχίδας δὲ καὶ Σιμμίας οἱ Ῥόδιοι, et Ameriam Macedonem, quem illo itidem cum Timachida copulat, eiusdem fere aetatis fuisse. Cf. de Simmia Jacobs. Anthol. XIII, p. 951. Simmiae glossis quater utitur Athenaeus non addito indice libri; quae ille VII, 327. inde profert, in suos usus derivavit Eustathius in Od. p. 1784, 41.

floruisse, atque Timachidas itidem Rhodius et Amerias Macedo [117]), qui ab illius temporibus non multum afuisse videntur, tum Silenus, qui fortasse inter Hannibalici belli et Ciceronis tempora vixit [118]);

---

117) Inter Silenum et Seleucum quod Athen. XV, 699. e. Timachidam et Ameriam interponit, hinc cave colligas hos ut Seleuco priores ita Sileno posteriores fuisse. Quod autem apud eundem Athen. bis (III, 114, e. IX, 369, a.) utriusque viri coniuncta extat memoria (illic ὀνομάζουσιν Ἀμερίας καὶ Τιμαχίδας, hic. Ἀ. δὲ καὶ Τιμ.), semel disiuncta (III, 114, e.) Ἀμερίας δὲ — ὁμοίως δὲ καὶ Τιμαχίδας, semel (XV, 619, e.) Τιμαχίδας δὲ ὁ Ῥόδιος — Ἀμερίας δὲ, bis tantum unus Ἀμερίας ὁ Μακεδὼν ἐν ταῖς Γλώσσαις (IV, 176, c. et e.) nominatur, probat utrinsque glossis, utut fuerint diversae, aliquam tamen intercessisse necessitudinem; atque erat eis sane illud certe commune, quod utrasque usurpavit Pamphilus, utrasque ex Pamphilo tum Athenaeus tum Diogenianus cognovit, ex Diogeniano autem recepit Hesychius (Ranke l. c. p. 113 sq. p. 118.). Ameriae glossis, de quibus diligenter scripsit Rankius p. 117 sq., Aelium etiam Dionysium, qui sub Hadriano vixit, esse usum Eustathius probat in Od. ω, 208. p. 1958. pr. Idem in Il. Ι, 377. p. 757, 19. in explicatione proverbii ἐν Καρὸς αἴσῃ habet: ὡς Ἀμερίας καὶ Νεοπτόλεμος οἱ γλωσσογράφοι. Ad easdem Ameriae glossas spectat etiam Schol. Il. Λ, 754. p. 330, a. 29. Timachidas Rhodius tum commentariis et Aristophanis fabulas aliquot et Euripidis Medeam illustravit (Schol. in Med. 167, unde credibile est etiam in Schol. v. 1. Timachidae nomen reponendum esse, ubi in libris extat ὁ δὲ Τίμαρχος, quamquam secus statuit Richter de Aeschyl., Sophocl., Euripid. interpret. graec. p. 63.), tum heroicis versibus „coenam“ vel „coenas“ (Δείπνων ἀναγραφάς) libris si non pluribus certe undecim descripsit. Sed de glossis eius non habeo quod addam iis quae Rankius p. 113 sqq. et O. Schneider p. 91. attulerunt, nisi illud unum, Timachidae nomen recte quidem ab Maussaco redditum esse Harpocrationi v. ἀργᾶς, satis autem inveteratum videri ulcus, cum quod in libris Harpocrationis, id etiam in Bekkeri Anecd. reperiatur: Τίμαρχος ὁ Ῥόδιος. 118) Neque enim diversum arbitror Silenum glossographum ab Sileno eo, quem esse Hannibalis res diligentissime persecutum Cicero de div. I, 24. testatur; hunc autem „auctorem Graecum“ in rebus Hannibalicis Livius quoque (XXVI, 49, 3.) et Dionys. Halic. A. R. I, 6. et hic quidem post Antigonum et Polybium commemoratos testem citat. Ab hoc Sileno distinguo Silenum Chium, scriptorem fabulosae historiae, quae ab Tzetza in Lycoph. 786. et ab Eustath. in Hom. Od. τ, 507. p. 1871, 21. (ubi legendum ἐν δευτέρῳ βιβλίῳ τῶν αὐτοῦ μυθικῶν pro αὐτῶν) diserte commemoratur; eius liber II. significatur a St. Byz. v. Παλίκη. Utrumque Silenum distinxisse videtur Eustathius, qui hoc loco Σιληνὸς ὁ Χῖος, in Od. η, 101. p. 1571, 5. autem κατὰ τὸν γλωσσογράφον Σιληνὸν habet; locus haustus est ex Athen. XV, 698, e. Sileni glossographi nomen bis ab Athenaeo praeponi Clitarcho

deinde Seleucus, qui, dummodo glossographus, id quod Kuestero aliisque placuit estque sane perquam simile veri, non diversus fuerit ab Seleuco Alexandrino, qui Homerici cognomine erat et Romae bonas artes docebat, commentarios autem fere in quosvis poetas scripsisse dicitur, in Augusti aetatem incidit [119]; denique Epaphroditus Chaeronensis, qui Romae vitam sub Nerone egit et ad Nervae usque imperium produxit [120]; postremum quorum incertior est aetas, Apollodorus Cyrenaeus [121], Neoptolemus Parianus, Anicetus, Eumolpus, Glauco, Philoxenus Alexandrinus [122], qui Romae litteras docebat. His Marsyam non ausim addere; neque enim ei propter duas quasdam verborum explicationes, quas eius nomini Athenaeus adscripsit, singulare glossarum opus tribuere licet, praesertim cum potuerint illae enarrationes vel in rerum Macedonicarum, quas uterque Marsyas, vel in libris de institutione Alexandri, quos antiquior (ὁ πρεσβύτερος) vel in

---

supra not. 83. posui. Huius Sileni glossas aliquoties Athenaeus, semel Schol. Apoll. Rhod. Argon. I, 1299. commemorat. 119) Athen. I, 20, d. Otto Schneider p. 83. not. 4. Esse autem Homericum non diversum ab glossographo etiam eam ob caussam probabile est, quod Homericum de synonymorum differentiis scripsisse Suidas auctor est. Glossis Seleuci, quas in Συμμίκτοις extitisse conieci supra not. 105., aliquoties Athenaeus, rare alii testimonium denunciant, veluti Eustath. in Odyss. p. 1963, 33. et Stephan. Byz. v. Βρεντήσιον, ubi est Σ. ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν. 120) Epaphroditi, de quo cf. Suid. s. v., quae bis ab Schol. in Arist. in eiusdem vocis χοιρίνων ψήφων explicatione afferuntur λέξεις (cf. Otto Schneider. p. 95.), fortasse non promiscuae, sed Atticae tantum erant. 121) Apollodorum Cyrenaeum Athenaeus XI, 487, b. non novit nisi ex Pamphilo. — Neoptolemi Pariani Athenaeus tum Dionysiadem et librum de epigrammatis tum tertium glossarum librum commemorat XI, 476, f; cf. Meinek. Anal. Alex. p. 357 sqq.; atque glossographum Neoptolemum cum Ameria ab Eust. p. 757, 19. coniungi iam supra (not. 116.) narravimus; neque vero alibi quam in glossis Neoptolemus Parianus suum tulerit iudicium de scriptura ἐξεσίη, quam illum ab ἐξιέναι derivasse et Schol. Il. Ω, 235. et Eustath. p. 1347, 29. testantur. Quodsi Parianus Neoptolemus ab Eustath. etiam in Od. ρ, 219, p. 1817, 20. significatur, erat ille vel Aristophane grammatico antiquior. — Aniceti, Eumolpi, Glauconis quod non ignoramus memorias, fere uni Athenaeo debemus (XI, 480, f. 483, a. 783, c. T. 4. p. 220. Schweigh.). 122) Suid. v. Φιλόξενος hunc docet quinque glossarum libros scripsisse. Erit idem nobis infra duobus aliis nominibus dicendus, quod et ἐθνικὰς glossas et Homericas explicavit.

libris de Atticis antiquitatibus, quos posterior (ὁ νεώτερος) scripsit, commode locum tenere [123]). — Contra non praetermittendi hoc loco sunt synonymorum scriptores, quicumque Prodici exemplum secuti adfinium vocabulorum discrimina explicarunt, quo in numero praeter Chrysippum Stoicum [124]) et Seleucum
6 eum, quem modo memoravimus, fuerunt Hipponax Simmaristusque et Ptolemaeus Ascalonita, qui grammaticam Romae docebat, atque Ammonius, cuius περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων liber aetatem tulit, ut Herennium et Philoponum Eustathio memoratos et τὰς Διαφορὰς Etymologo Magno aliquoties in partes vocatas praeteream. — Dubitanter inter promiscuarum glossarum scriptores refero Dioscoridem iuniorem [125]) et Parmenionem sive

123) Cf. egregiam Ritschelii de utroque Marsya commentationem praemissam indici Schol. univ. Vratislav. aestat. 1836. p. 9. Marsyae duo rerum scriptores distinguuntur et ab Harpocratione et ab Suida, quorum uterque Macedonicas historias litteris sit persecutus, alter antiquior, Pellaeus, Alexandri Magni aequalis, alter Philippensis incertae quidem aetatis sed recentior illo: si, id quod mihi quidem nondum constat, cum horum alterutro in unius personae speciem coniungendus est is, quem Parthenius apud Athenaeum XI, 467, c. „Marsyam Herculis sacerdotem“ appellat, ego quoque posteriorem crediderim eo nomine significari, et ad eundem etiam verborum illas explicationes rettulerim. In Suida tum pro Μαρσύας Μάρσου rescripserim: Μ. Μαρσύου, tum pro καὶ ἕτερά τινα περὶ τῆς ἰδίας πατρίδος mutato ordine καὶ περὶ τῆς ἰδίας πατρίδος, καὶ ἕτερά τινα. 124) Chrysippum dubitanter nomino; Cf. Valck. Praef. in Ammon. p. XXI. — Seleuco Suidas s. v. librum singularem περὶ τῆς ἐν Συνωνύμοις διαφορᾶς tribuit. — Hipponax ἐν Συνωνύμοις ab Athenaeo XI, 481. f. excitatur, quem a vetere iambographo cognomine Fabricius et Schweighaeuserus distingui iubent. — Simmaristi Συνωνύμων libri tertius et quartus singuli bis ab eodem Athenaeo in partes vocantur; cf. Schweigh. Ind. — Ptolemaeo Ascalonitae Suid. s. v. tribuit librum περὶ διαφορᾶς λέξεων; quae autem hoc indice sub Ptolemaei nomine Fabricius edidit (bibl. Gr. 4. p. 515 sq., 6. p. 157 sqq. Harles), fere αὐτολεξεὶ conspirant cum Ammonio. — Ἑρέννιος Φίλων ἐν τῷ περὶ διαφόρων σημαινομένων excitatur ab Eustathio in Iliadem aliquoties, ut 831, 11. 906,60. 907,2; neque vero affirmaverim pro certo ita scribenti Eustathio nihil aliud esse obversatum, quam cuius excerpta hoc indice „Ἐρεννίου Φίλωνος περὶ διαφορᾶς σημασίας“ ab Valckenario in lucem protracta sunt. — Philoponus περὶ λέξεων διαφόρως τονουμένων πρὸς διάφορον σημασίαν commemoratur Eustathio in Od. λ, 227. p. 1681, 1. ubi inter Αἴολος et αἰόλος, idemque significatur in Il. Μ, 310, ubi inter γελοῖος et γελοιός, δολιχή et Δολίχη, ζωή et ζώη etc. quid intercedat discriminis docetur. 125) Galen. expos. voc. Hippocr. v.

Parmenonem atque Tryphonem Alexandrinum infra iterum dicendum, cuius libri *ὀνομασιῶν* referebant Onomastici speciem [126]); ad eandem speciem accedebant Didymi et Herodiani *συμπόσια* et Herodiani liber *περὶ γάμου καὶ συμβιώσεως*, si quidem, id quod Lehrsius [127]) statuit, illis voces, quae ad convivia, hoc vocabula enarrabantur, quae ad matrimonium vitaeque consuetudinem pertinebant.

Quod ad secundi generis sive glossarum ethnicarum scriptores, praeter Zenodotum *ἐθνικῶν λέξεων* Callimachumque *ἐθνικῶν ὀνομασιῶν*, praeter Aristophanem Byzantium Laconicarum, et Artemidorum Ionicarum et Doricarum, atque Diodorum Italicarum glossarum auctores, de quibus omnibus iam in priore commentatione (p. 10 — 13.) dictum est, satis habeo nominasse nunc Dionysii cognomine Iambi, quo Aristophanes Byzantius magistro usus est, de dialectis librum, et Hermonis sive Hermonactis [128]) Creticas glossas, atque Moschi enarrationem Rhodia-

Ἰνδικά postquam distinxit Dioscoridem Alexandrinum ab D. Anazarbaeo, addit: ὁ *τοίνυν Διοσκουρίδης ὁ νεώτερος ὁ γλωσσογράφος*, quo nomine utrum Anazarbaeus significetur, an qui et ab Alexandrino diversus fuerit, nescio. — *Παρμένων ἐν τῷ περὶ διαλέκτου* excitatur ab Athen. XI, 500, b; ab hoc fortasse non diversus est *Παρμενίων ὁ γλωσσογράφος*, qui in Schol. Hom. Il. *Α*, 591, p. 45, a, 18. in partes vocatur, sive idem duobus illis nominibus appellabatur, ut *Λύκος* et *Λύκιος* eiusdem viri nomina sunt (Hemsterh. in Aristoph. Plut. p. 203.), sive alterutrum nomen corruptum est. 126) Tryphonis *Ὀνομασιῶν* liber tertius, qui erat *περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων* ab Athen. IV, 174, e, earundem liber secundus ab eodem tum XIV, 634, e. ubi explicatur *μάγαδις*, tum 618, e. excitatur, ubi variae *αὐλήσεων ὀνομασίαι* referuntur, unde mihi quoque videtur etiam XI, 503, d, ubi Odos poculum exponitur, pro *Τρύφων ἐν τοῖς ὀνομαστικοῖς* rescribendum esse: *ἐν ταῖς ὀνομασίαις*. Ad eosdem libros refero quod est ap. Athen. IV, 182, e. De onomasticis egi p. 6. Huc non trahendus est Arcadius. 127) Lehrs. „zu Herodian u. Apollonius" in Mus. Rhen. 1842, II. p. 121. 128) Dionysii *τοῦ ἐπικαλουμένου Ἰάμβου* liber *περὶ διαλέκτων* commemoratur Athen. VII, 284, b. — De Hermone cf. Ranke p. 109 sq. — Moschi meminit Athen. XI, 485, e. Fueritne hic non diversus ab Syracusio illo poeta bucolico, quem Grammaticum et Aristarchi discipulum Suid. s. v. appellat, iam Schweighaeuserus in Ind. p. 152. dubitavit. — Tryphonis quos memoravi libros, eorum memoriam uni Suidae acceptam referimus, nisi quod quos ille libros *περὶ τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου*, eosdem Ammonius (vv. *δίσκος* et *χλαῖναν*) appellat *περὶ ἑλληνισμοῦ*.

corum vocabulorum (*ἐξήγησιν Ῥοδιακῶν λέξεων*), quibus addo Demetrii Ixionis Adramytteni, qui, ut infra probabo, aliquantum ante Augustum vixisse videtur, librum de Alexandrinorum dialecto, et Tryphonis, Ammonii filii, Alexandrini grammatici et poetae, qui Augusti fere temporibus vixit, libros tum de dialecto Graecorum (*περὶ τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου* s. *περὶ Ἑλληνισμοῦ*) tum de dialectis Argivorum et Himeraeorum et Syracusanorum et Rheginorum et Doriensium (*καὶ Ἀργείων καὶ Ἱμεραίων καὶ Ῥηγίνων καὶ Δωριέων καὶ Συρακουσίων*), tum de pleonasmo dialectorum Aeolidis (*περὶ πλεονασμοῦ τῶν ἐν τῇ Αἰολίδι διαλέκτων*), dein Minucii Pacati sive Irenaei, qui etiam ipse Augusti temporibus vixit, libros de Alexandrinorum dialecto [129]) atque
7 commentarium de proprietatibus Atticae et Doricae dialectorum; denique Philoxeni [130]) Alexandrini, de quo paullo ante diximus, libros de Hellenismo, de dialectis Syracusanorum Laconum Ionum et reliquarum gentium. Etenim temporibus illis dialectorum scriptores in glossis potissimum explicandis versabantur.

IV.

De Atticorum nominum enarratoribus nunc accuratius dicendum est. Ab hac quaestione prorsus alieni sunt

129) Demetrii Ixionis commentarios *περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου* commemorat Athen. IX, 393, b. — Irenaei sive Pacati aetatem in Augusti fere tempora cadere Ritschelius eo argumento probavit, quod Heliodorum metricum, quo ille magistro usus esset, Augusto priorem esse oporteret (Ritschl die Alexandrin. Bibliothek p. 140. Prooem. ind. schol. Bonnens. 1840—41. p. IV.). Eius libros *περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου ὅτι ἐστὶν ἐκ τῆς Ἀτθίδος βιβλία ζ´* Suid. v. *Εἰρηναῖος* commemorat; hos idem v. *Πάκατος* hoc nomine „*περὶ τῆς Ἀλ. διαλέκτου ἢ περὶ ἑλληνισμοῦ βιβλία ζ´ ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον*“ appellat; iisdem Et. M. v. *πυδαρίζειν* p. 606, 7. testimonium sic denunciat: *οὕτως Εἰρηναῖος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου.* Irenaei libros *περὶ ἰδιωμάτων τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Δωρίδος διαλέκτου* commemorat unus Suidas v. *Πάκατος*. 190) Suid. s. v. *Φιλόξενος* commemorat eius libros *περὶ τῆς τῶν Συρακουσίων διαλέκτου, περὶ ἑλληνισμοῦ ς´, περὶ τῆς Λακώνων διαλέκτου, περὶ τῆς Ἰάδος διαλέκτου καὶ τῶν λοιπῶν*, quo nomine non dubito quin libri de dorica aeolica et attica dialectis significentur.

exegeticon scriptores Autoclides [131]) et Clidemus [132]), quippe quae ad solos sacros ritus religionesque explicandas, nequaquam vero ad vocum sacrarum interpretationem pertinuisse, nedum lexici speciem retulisse videantur [133]). Illis vero remotis post-

131) Autoclidis nomine exegetici scriptor ter dicitur ab Harpocratione vv. *ὀξυθύμια*, *παλαμναῖος* et *προκώνια*, neque ullo eorum locorum discrepantia scripturae vel levissima reperitur, quantum quidem ex tacente Bekkero colligi licet; quare cum nomen suapte sponte probum sit et Atticum aliundeque notum (cf. Aeschin. c. Tim. §. 52.), magis etiam notum *Αὐτοκλῆς*, non dubitem idem reddere tum Athen. XI, 473, c, ubi ampliori fragmento praemittitur *ὡς Ἀντικλείδης φησὶν ἐν τῷ ἐξηγητικῷ*, tum Hesychio v. *ἀλευροδοῦντες*, *πέμματος γένος παρ' Ἀντικλείδῃ*, ubi *ἀλευροῦντες* coniecit Lobeckius Aglaoph. 1060. Distinguendus vero ab Autoclide est Anticlides, cui Harpocr. v. *Καλαυρία* testimonium denunciat, quo nomine fuisse novimus scriptorem tum rerum Alexandri (Plut. Alex. 46; huius liber secundus in partes vocatur ab Diog. Laert. VIII, 11.), tum *νόστων* (quos amplissimo volumine fuisse qui ab Athenaeo IX, 384, f. excitatur liber septuagesimus octavus satis probat), tum Deliacon (Schol. Apoll. Rhod. I, 1207, 1280.); haec enim ad eundem referenda videntur auctorem, quem Atheniensem fuisse Athen. XI, 466, c. perscripsit. Ad *νόστους* refero etiam quae Schol. Hom. Il. *H*, 44. p. 202, a. 22. de Cassandrae et Heleni divinatione et quae Schol. Od. *π*, 471. de Argo interfecto ab Mercurio ex Anticlide referunt; non recte enim Buttmannus posteriorem locum in *ἐξηγητικῷ* locum habuisse statuit. 132) Athen. IX, 410, a. *Κλείδημος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ἐξηγητικῷ*. 133) *Ἐξηγητικὸν* singulari numero est apud Athen. IX, 410, a. XI, 473, c, apud Harpocr. v. *παλαμναῖος*, apud Etym. M. 762, 10., apud Suid. et Phot. v. *τριτοπάτορες*, ubi verbis *ὁ τὸ ἐξηγητικὸν ποιήσας* utrum Autoclides an aliquis ab his diversus significetur, nescio; plurali numero est ap. Harp. v. *ὀξυθύμια — Δίδυμος δὲ Αὐτοκλείδου λέξιν παραγράψας ἐκ τῶν ἐξηγητικῶν* (hic locus probare videtur lexicographos illos non ipsos exegetica manibus tractasse sed ex superioribus grammaticis veluti ex Didymo cognosse) et v. *προκώνια — ὡς Αὐτ. ἐν τοῖς ἐξηγητικοῖς ὑποσημαίνει*. Iam vero sex loci, in quibus exegeticon horum memoria extat, omnes ita comparati sunt, ut ad res sacras pertineant neque tamen ipsi sacras voces explicent, sed sacrarum vocum explicandarum caussa in partes vocentur. Hinc apparet minus recte et Casaubonum in Athen. IX, 460, a. scripsisse: „Clidemus antiquissimus scriptor obscuras voces collegerat et exposuerat libroque suo titulum indiderat *Ἐξηγητικῷ*“ et Buttmannum l. c. „*Ἐξηγητικῷ* sive vocum dictionumque reconditae originis explicatione“. Ne Schweighaeuser. quidem Ind. in Athen. p. 32. recte scripsit: Erat lexicon quoddam — in isto autem lexico eas potissimum voces et dictiones retulisse videtur auctor, quarum expositio ex institutis veterum aut ex priscis

quam iam in superiore commentatione tum Aristophanis Byzantii *Ἀττικὰς λέξεις* tum Cratetis Pergameni libros *περὶ τῆς Ἀττικῆς λέξεως* sive *διαλέκτου* ut antiquissimos commemoravimus, quibus statim adiicimus Istri Callimachii *λέξεις Ἀττικάς* [134]), capiendum initium videtur ab Nicandro Thyatireno, ab Philemone Atheniensi et ab Theodoro, quorum quidem aetas accuratius definiri nequit, sed in tempora illis proxima incidere videtur. — Nicander igitur, qui ab Thyatira Lydiae urbe est Thyatirenus dictus [135]), ut do pagis Atticis commentatus est [136]), ita etiam *ἐξηγητικὰ Ἀττικῆς διαλέκτου* sive *Ἀττικὰ ὀνόματα* scripsit, nam utroque titulo idem videtur indicari opus, quod libris dumtaxat XVIII. constabat [137]); hic non pauci poetarum scriptorumque loci quasi ad testimonium dicendum vocabantur [138]) eorumque verba nonnumquam diligentius explicabantur [139]); neque illud ita in Atticis

---

historiis sive fabulis erat repetenda". Qui modo Athenaei locos confert accuratius, facile intelliget *ἐξηγητικὸν* fuisse librum sacrae *ἐξηγήσεως*, id est eius interpretationis, quae fuerit penes sacrorum interpretes (*ἱερῶν καὶ ὁσίων ἐξηγητάς*), ab lexicorum autem specie immane quantum abhoruisse.
134) Cf. Eustath. in Hom Od. *ι*, 239. p. 1627, 15. 135) Steph. Byz. s. v. *Θυάτειρα — τὸ ἐθνικὸν ἀφ' οὗ Νίκανδρος γραμματικὸς Θυατειρηνὸς ἢ Κολοφώνιος.* Novissima male adiecit Stephanus, confundens ille duos diversos Nicandros. 136) Harpocr. v. *Θυργωνίδαι* et *Τιτακίδαι· — Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνὸς ἐν τῷ περὶ τῶν δήμων.* 137) Harpocr. v. *μέδιμνος* titulo utitur *N. ὁ Θ. ἐν τοῖς ἐξηγητικοῖς τῆς Ἀττικῆς διαλέκτου*, idem v. *βολεῶνες — N. ἐν γ' Ἀττικῆς διαλέκτου*, v. *ξηραλοιφεῖν — N. ἐν ιή Ἀ. δ.*, v. *τριπτῆρα — N. ἐν ιή Ἀ. δ.*, Athenaeus vero hunc habet indicem XV, 678, f.: *ὁ Θυατειρηνὸς Νικ. ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὀνόμασι.* Quod in Lexic. Rhetor. 306, 3. v. *τάλαντα* extat, *δύναται δὲ τρεῖς χρυσοῦς ὁ Θυατειρηνός*, Boeckhius Metrolog. p. 344. rescriptum ivit: *χρ. παρὰ Θυατειρηνοῖς*; at hunc sensum poterat faciliore mutatione consequi, modo rescriberet *χρυσ. Θυατειρηνοῖς*; sic *Ὁ* videretur ortum ex sequenti *Θ*; sed vide ne *χρ. οὕτως* vel *ὡς ὁ Θ.* sit scribendum referendumque ad hoc Atticarum dictionum corpus; similiter Schol. Plat. Charmid. ad p. 319, 15. 324, Bekk. *ὁ δὲ Θυατειρηνὸς στλεγγίδα μὲν τὴν ξύστραν κτλ.*, ubi eodem spectatur. De re cf. Etym. M. 744, 37.: *τὸ τάλαντον κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρυσοῦς εἶχε τρεῖς.* Eosdem libros fortasse significat et Phot. v. *φαλάγγιον γένος ὄφεως, ὥς φησι Νίκανδρος*, et Hesych. vv. *ἀγωνοθέτης, ἀθελβεῖν, κλίσις, μέσχος*, et Suid. v. *Εὐρύβατος*, quamquam quaedam horum poterant etiam in glossis Colophonii locum habere.
138) Cf. Athen. III, 76, a. XI, 479, c. 481, d. 485, f. 139) Athen. XV, 691, c.

nominibus explicandis subsistebat, ut non aliquando oblata opportunitate ad excedendum uteretur aberraretque etiam ad aliarum gentium glossas enarrandas, veluti Aegyptiorum [140]), quamquam pleraque huius generis Colophonio vindicanda videntur, cuius glossarum fuisse libros iam supra comprobavimus. — Philemonem Atheniensem, pago Aexonensem (credibile est enim non diversum esse quem Athenaeus [141]) Atheniensem ab eo, quem Aexonensem Ammonius [142]) appellet) cum igitur Augusto fuisse aliquanto priorem inde apparet, quod iam Trypho eum testem adduxit; eundem ab Philemone iuniore comico, superioris comici filio, distinguendum esse, id quod Meursium fugit, intellexit Fabricius [143]); ab Philemone autem critico, cuius erat et singularis editio Homeri et Miscellaneorum (*Συμμίκτων*) liber Porphyrio commemoratus, quo quidem libro Didymus in recensendo Homero usus esse dicitur, sitne distinguendus Phil. Aexonensis, non ausim certo dicere. Atheniensis igitur Philemo tum *παντοδαπῶν*
χρηστηρίων libros scripsit, in quibus variorum utensilium supel- 9
lectilisque domesticae vocabula exposuit [144]), tum Attica nomina enarravit; is autem liber inscriptus erat fortasse *περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων ἢ γλωσσῶν*; verum eo ampliore titulo Athenaeus bis tantum utitur, quater breviore inscriptione vel *περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων*, vel *Ἀττικῶν λέξεων*, vel *Ἀττικῶν φωνῶν* [145]). — Theodori *Ἀττικὰς φωνάς* s. *Ἀ. γλώσσας* (nam utroque titulo

140) Athen. III, 114, d. 141) Athen. XI, 469, a. *Φιλήμων ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων ἢ γλωσσῶν.* In reliquis enim locis, in quibus Athenaeus horum librorum mentionem facit, non est adiectum *ὁ Ἀθηναῖος.* 142) Ammon. v. *πονηρόν* p. 117. Valck. — *φησὶν ὁ Τρύφων παρατιθέμενος Φιλήμονα τὸν Αἰξωνέα.* 143) Meurs. Bibl. Attic. in Gron. Thes. A. Gr. Vol. X. p. 1583. — Fabricius bibl. Gr. T. 2. p. 217. Harles. Cf. Osann. praef. in Philem. p. VII sq. *ἡ κατὰ Φιλήμονα* editio Homeri commemoratur Schol. Il. *Β*, 258, *ἐν τῇ Φιλήμονος* Schol. *Π*, 467. *τὰ Φιλήμονος σύμμικτα* in Porphyr. Qu. Hom. 8. 144) Athen. III, 114, d. c. n. Schweigh. 145) Amplior inscriptio est XI, 468, e. *Φιλήμων ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὀνόμασιν ἢ γλώτταις*, et 469, e. (cf. not. 139.), quo respicit 473, b. *Φ. ἐν τῷ προειρημένῳ συγγράμματι.* Breviores habet XIV, 646, c. et 653, e. *Φ. ἐν τῷ περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων.* XI, 483, a. *Φ. ἐν ταῖς Ἀττικαῖς φωναῖς.* III, 76, f. *φ. ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι.* Fortasse hinc petitum est, quod ex Philemone refert Athen. I, 11. d.

idem liber significatur) Athenaeus non ipse usurpasse sed quae in eo inerant ex Pamphilo demum cognosse videtur, unde licet de aetate hominis coniecturam facere; fortasse non ab eo diversus erat Theodorus *ὁ παναγής*, cuius singularis erat commentarius de Attica Praeconum gente [146]).

Post illos Demetrium nominamus, Adramyttenum origine, Pergamenum grammaticum, cui Ixioni cognomen erat, quo ille saepius sic significatur, ut vel ipsum Demetrii nomen omittatur [147]); cognomen, ut Suidas auctor est, veterum alii inde derivarunt, quod ipse esset in furto deprehensus, cum Alexandriae Iunonis cuidam imagini aureas bracteas surripere conaretur; alii propterea ei inditum esse voluerunt, quod cum Aristarcho praeceptore contendens non minus se ingratum adversus hunc praebuisset, quam Ixion adversus deos, a quibus beneficiis fuisset ornatus. Posterior explicatio quamquam uti ab acumine ita ab veritate cedit priori, nasci tamen non poterat nisi apud eos, qui Demetrium non modo Aristarcheum [148]) fuisse, sed ipso Aristarcho magistro usum esse credebant; atque habet illa enarratio id certe veritatis, quod Aristarchum tum in Homericis carminibus ad

---

146) Athen. XV, 677, b. *Θεόδωρος ἐν ταῖς Ἀττικαῖς φωναῖς, ὥς φησι Πάμφιλος.* Non sic scripsisset, opinor, si librum ipse vidisset. Easdem *Ἀ. γλώσσας* appellat XIV, 646, c; XV, 678, d. At vero XI, 496, c. et XV, 691, c. iisdem utitur non addito libri titulo. — Theodorus *ὁ παναγὴς προσαγορευόμενος ἐν τῷ ά περὶ τοῦ Κηρύκων γένους* excitatur ab Phot. v. *ἡμεροκαλλές*. 147) Hic aut *Δημήτριος ὁ ἐπικληθεὶς Ἰξίων* (Diog. Laert. V, 84.), sive *Δ. ὁ ἐπίκλην Ἰξ.* (Suid. s. v.), aut *Δ. ὁ Ἰξίων* (Apollon. Soph. lexic. Hom. p. 666. Villois. Athen. II, 50, a. III, 74, b. Schol. Hom. Il. *Δ*, 513. Schol. Aristoph. Av. 1568.), aut solo nomine *ὁ Ἰξίων* (Schol. Hom. Il. *Δ*, 423. *Β*, 192. *Γ*, 18. *Ε*, 31. *Ζ*, 171. 437. *Θ*, 103. *Κ*, 41. 124. 548. *Ξ*, 316. Eustath. in Il. *Ε*, 31. p. 518, 19. Schol. Arist. Ran. 311.), rarius sola voce *Δημήτριος* significatur, veluti in Schol. Hom. Il. *Ο*, 194. Schol. Arist. Ran. 78. 186. 1001. 1021. 10027. Vesp. 227; neque enim dubium est, quin qui illis locis dicatur Demetrius, is Ixion sit. Hic igitur si non in omnibus fabulis Aristophanis at certe in Ranis et Vespis tractandis tum critici tum interpretis partes egerit; cf. Otto Schneider. de veter. in Aristoph. Schol. p. 90. Intrprr. in Suid. s. v. Menag. in Diog. l. c. Villoison Proleg. in Apollon. p. XXVII. 148) Clinton F. H. 3, 550. not. l. aut alium quam nobilem Aristarchum Demetrio magistrum fuisse, aut hunc catenus illius discipulum dici coniicit, quatenus Aristarcheus fuerit.

criticas regulas revocandis tum in Aristophanis fabulis interpretandis saepius reprehensum vituperatumque ab Demetrio fuisse vel nobis constat [149]. Quodsi Demetrius ea est disciplina institutus, minus recte ab Suida dicitur γεγονὼς κατὰ τοὺς Αὐγούστου τοῦ Καίσαρος χρόνους; cum enim Aristarchus vix post Ol. $\overline{\text{CLXVI}}$ a. Chr. 113 superstes fuerit [150], Demetrius, si vel puer sedecim annorum ipsi iam extremum, id est septuagesimum alterum annum agenti innotuisset, non potuisset post a. 129 a. Chr. natus esse; in id autem tempus si natales eius incidissent, anno, quo Octavianus cognominatus est Augustus (27 a. Chr.), egisset necesse esset duntaxat centesimum secundum annum, neque tamen Dionysius, quod sciam, ab quoquam inter homines longaevos doctrina claros relatus est. Quare Suidam Αὐγούστου de suo addidisse, credo, in iis autem fontibus, quos adierit, si quidem limpidiores essent, solum extitisse γεγονὼς κατὰ τοὺς Καίσαρος χρόνους; ita vero poterat vel is dici, qui cum proelium apud Pharsalum committeretur a. Chr. 48, iam inter vivos esse desiit. Ixion igitur non modo Homerum Hesiodumque et Aristophanem commentariis explicavit, et de pronominibus atque de verbis in $\overline{\mu\iota}$ scripsit, sed etiam tum libros de Alexandrinorum dialecto et Etymologumenon edidit tum Ἀττικὰς λέξεις singulari libro enarravit [151].

Demetrium excipiat Minucius Pacatus sive Irenaeus, ut graeco nomine appellatur, grammaticus Alexandrinus, Heliodori metrici discipulus, incertae aetatis, unde factum est, ut ab nonnullis ad Hadriani, ab Ritschelio rectius ad Augusti tempora referatur et primus eorum habeatur, qui peculiari nomine Atti-

---

149) Cf. Otto Schneider. l. c. 150) Aristarchum Suidas Ol. $\overline{\text{CLVI}}$ sub Ptolemaeo Philometore (hic regnavit ab Ol. 149, 4—158, 3 ab a. Chr. 181—146.) vixisse huiusque regis filium instituisse et annos septuaginta duos vixisse, Eusebius vero Ol. 155, 3 a. Chr. 158., Chron. Alex. autem Ol. 156. 2. a. Chr. 155. floruisse scribunt; cf. Clinton F. H. 3, p. 92. 151) Schol. Aristoph. Avib. 1568. Δημήτριον δὲ τὸν Ἰξίονα πάντες λέγουσιν ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσιν ὡς γλῶσσαν ἐξηγεῖσθαι (vocem Λαισποδίαν), unde Suid. v. Λαισποδίας habet: ἢ ὡς Ἰξίων ἐν ταῖς λέξεσι. Scholiasta ita loquitur, quasi vero ipse eas lexeis non viderit. — Demetrii Etymologica et librum de Alexandrinorum dialecto novimus ex Athenaeo, reliquorum librorum eius memoriam Suidas servavit.

cistae appellabantur; certe et eo titulo ab Etymologi Magni auctore dicitur, et quae de attica consuetudine litterarum ordinem secutus tribus libris, et quae singulari libro de atticismo scripsisse traditur, illo titulo eum non indignum fuisse probant. Sed hoc loco propterea a nobis commemoratur, quod tribus libris de Atticis nominibus exposuit [152]. — Fortasse sub Tiberio vixit Epitherses, quem *περὶ λέξεων Ἀττικῶν* scripsisse Stephanus Byzantius testatur, nos infra iterum commemorabimus, ubi comicorum et tragicorum lexicorum scriptores recensebimus. — Ad Augusti Tiberiique tempora revocandus videtur etiam Dorotheus Ascalonita [153]), qui lexicon condidit, quod *Λέξεως συνα-*

---

152) De Irenaei aetate cf. not. 129. **Suidas**, qui de homine et v. *Εἰρηναῖος* et v. *Πάκατος* agit, illo loco scripsisse eum dicit 1) *περὶ τῆς Ἀθηναίων προπομπίας*; 2) *περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου ὅτι ἐστὶν ἐκ τῆς Ἀτθίδος βιβλία ζ′* (de his dictum not. 129.); 3) *Ἀττικῶν ὀνομάτων βιβλία γ′*. 4) *Ἀττικῆς συνηθείας τῆς ἐν λέξει καὶ προςῳδίᾳ κατὰ στοιχεῖον βιβλία γ′*. (His testimonium denunciatur ab **Socrato** (hist. eccles. III, 7. *Εἰρηναῖος ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον Ἀττικιστῇ καὶ βάρβαρον ἀποκαλεῖ τὴν λέξιν*), ab **Etym. M.** (v. *κομψός — οὕτως Εἰρηναῖος ὁ Ἀττικιστὴς ἐν τῷ κ στοιχείῳ*), ab **Schol. Aristoph.** Vesp. 895. (cf. **Otto Schneider.** p. 94.) et ab **Schol.** in iusiurand. Hippocrat., si quidem pro eo, quod ibi extat *Ῥίνθος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀττικῆς συνηθείας*, recte ab **Ruhnkenio** (in Koen. praefat. in Gregor. Corinth p. XVI.) rescriptum est: *Εἰρηναῖος*. **Suidam** quoque auctor tabulae lexico eius praemissae profitetur his libris Pacati in componendo lexico esse usum; at paucissimos eorum librorum, qui ibi commemorantur, ille re quidem vera manibus tenuerit); 5) *κανόνας ἑλληνισμοῦ βιβλίον ά*. 6) *περὶ ἀττικισμοῦ βιβλίον ά*. 7) *καὶ ἄλλα πολλά*. Contra v. *Πάκατος* omittitur, quae primo, tertio et quinto loco commemoravimus, quod autem secundo loco collocavimus, primum ponitur et sic immutatur, uti not. 129. rettulimus, additur autem: *περὶ ἰδιωμάτων τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Δωρίδος διαλέκτου*. Id ut commentarius in Apollonium Rhodium, quo Irenaeus et criticam rationem et poetae enarrationem comprehendit (cf. **Schol. Apoll.** I, 1299. II, 127. 1015.) in illis „aliis multis" continetur, quae **Suid.** v. *Εἰρην.* dixerat.

153) **Steph. Byz.** v. *Ἀσκάλων — πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῆς κεχρηματίκασι — γραμματικοὶ δὲ Πτολεμαῖος Ἀριστάρχου γνώριμος καὶ Δωρόθεος*. Eo ex ordine coniici potest Dorotheum aetate posteriorem esse Ptolemaeo eo, qui ut alia praeteream, de Homerica et Iliadis et Odysseae prosodia atque de Odysseae recensione Aristarchia scripsit et tum in Schol. Hom. tum ab Eustathio saepius in partes vocatur, ut ubique intellegendus esse videatur, ubi solum *ὁ Ἀσκαλωνίτης* in illis scholiis dicitur.

γωγήν inscripsit; id ambitu satis magno erat, si quidem liber eius CVII commemoratur [154]); ad eundem autem Ascalonitam et libros *περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων κατὰ στοιχεῖον* [155]) et libros *Ἀττικῆς λέξεως* refero, quorum libro XXXI. ab Scholiasta Homeri testimonium denunciatur [156]); hi vero utrum separatum opus an *συναγωγῆς* partem constituerint, definire non ausim. — Sequitur Pamphilus, grammaticus Alexandrinus [157]), Aristarcheus [158]); eo cognomine dicebatur, non quod ipse Aristarcho esset magistro usus, id quod per temporis rationes fieri non poterat, sed quod aut in schola, quae ab Aristarcho condita huius fatis aliquamdiu supererat, litteris eruditus aut quia praecepta Aristarchi maximam partem secutus esset, etsi illi oum nonnumquam repugnasse scimus [159]). Aetas hominis incerta est, at ut recentior erat Apione, qui sub Tiberio et Claudio floruit, quippe quem in partes vocaverit [160]), ita antiquior non solum Herodia- 11

154) Athen. VII, 329, d. *Δωρόθεος ὁ Ἀσκαλωνίτης ἐν τῷ ὀγδόῳ πρὸς τοῖς ἑκατὸν τῆς Λέξεως συναγωγῆς.* Aut hoc ipsum opus aut *Ἀττικὴν λέξιν* significaverit Athenaeus tum XIV, 658, d., ubi *Δωρόθεος ὁ Ἀσκαλωνίτης* non nominato libri indice, tum IX, 410, a. et XI, d, ubi solum *Δωρόθεος* legitur; quod si ita est, poetarum et scriptorum pedestris orationis locos non paucos ibi allatos et enarratos esse apparet. Quanta diligentia omnino usus sit, luculento quodam exemplo docemur; integro enim libro ei opus erat ad unius Homerici *κλισίου* enarrationem, ubi in tria inquisivit, in significatum, sitne alius Homericus, alius Atticorum, in orthographiam, sitne *κλίσιον* an *κλεισίον* scribendum, denique in prosodiam, sitne paroxytonon an proparoxytonon; „integro libro" dixi, etenim in Schol. Hom. Il. *I*, 90. cum Coraesio *ὅλου βιβλίου* (pro *βίου*) *ἐδέησε Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ εἰς ἐξήγησιν τοῦ παρ' Ὁμήρῳ κλισίου.* Eum autem librum non dubito *συναγωγῇ* tribuere.

155) Photius, qui unus Cod. 157, p. 100, 25. libri memoriam servavit, *οὐκ ἄχρηστον σύνταγμα* appellat.

156) Schol. Hom. Il. *K*, 252, p. 284, b, 36. *Δωρόθεος ἐν τριακοστῷ πρώτῳ τῆς Ἀττικῆς λέξεως.* Ascalonitam enim hic significari non magis dubito quam Schweighaenserus (Ind. in Athen.), praesertim cum de alio non constet Dorotheo, ad quem illos libros probabilius referas.

157) *Πάμφιλος Ἀλεξανδρεύς* tum apud Suidam s. v. dicitur, tum *Π. ὁ Ἀ.* saepius apud Athen. legitur, veluti III, 89, d. VII, 360, b. IX, 387, d. XI, 471, c. Id utrum patriam, an studiorum sive sedem sive rationem indicet, nescio.

158) Suid. s. v. *γραμματικὸς Ἀριστάρχειος.* Id in eum, quem dixi, sensum esse accipiendum docuit fere Clinton F. H. 3, p. 556.

159) Ranke de Hesych. p. 124 sq.

160) Athen. XIV, 642, c. *Ἀπίων καὶ Διόδωρος ὥς φησι Πάμφιλος.*

no [161]), qui sub Antonino et Marco floruit, et Athenaeo Naucratita, qui sub Marco natus est et adolescentulus eos vidit, qui sub Hadriano floruerant [162]), sed etiam Diogeniano, qui sub Hadriano vixit, quippe qui Pamphili glossas in compendium redegerit [163]). Hic igitur praeterquam quod libro eo, quem *Λειμῶνα*
12 sive Pratum inscripsit [164]), res diversissimas, fortasse glossas quoque complexus est, primum glossarum magnum opus, quod Zopyrio inchoaverat quidem, sed post quattuor primarum litterarum ab $\overline{\alpha}$ ad $\overline{\delta}$ usque explicationem noscio qua caussa motus dereliquerat, ad umbilicum adduxit et reliquarum quoque litterarum enarrationem ab $\overline{\varepsilon}$ ad $\overline{\omega}$ adiecit, quia vero operis eius pars longe maior Pamphili erat, factum hinc est, ut totum opus, etiam pars ea quae Zopyrionis est, ab Athenaeo et veteribus grammaticis sub

---

161) Etym. M. 521, 32. v. *κμέλεθρα — λέγει δὲ ὁ Ἡρωδιανὸς τὸν Πάμφιλον ἀναγαγεῖν τὸ κμέλεθρον.* 162) Cf. F. Iacobs. in Erschii et Gruber. Encyclop. Art. I, VI, p. 74. 163) Rankins in Encycl. Hal. III, X, p. 241. „Pamphilum propterea quod Appiano testimonium denunciat, fuisse hoc posteriorem, ideoque probabiliter primo post Christum seculo vixisse“ statuit. Illud quo loco factum sit, nt Pampbilus Appiano teste uteretur, neque indicavit Rankius neqne mihi constat; factum vero si esset, Pamphilum certe post annum 147 post Chr. scripsisse oporteret; Appianus enim Traiani quidem et Hadriani temporibus floruisse dicitur (Phot. bibl. 57, p. 17, a. 20. Bekk.), historias antem Antonino demum imperante scripsisse videtur, quippe qui non tantum Hadriani fato perfuncti meminerit (Civ. I, 38.) — Hadrianus antem excessit a. 138, — sed etiam tum inter C. Caesarem rerum potitum et „praesens tempus“ propemodnm dncentos interesse annos (Praef. c. VII.), tum rem publicam Romanorum iam annos nongentos perdurasse (ib. c. 9.)scribat: ab Caesare autem dictatore a. Chr. 47 facto si dncentos annos compntaveris, incides in a. 147 p. Chr., qui annus ipse est nongentesimus post urbem conditam. 164) Suid. s. v. *Πάμφιλος — ἔγραψε Λειμῶνα· ἔστι δὲ ποικίλων περιοχή. περὶ γλωσσῶν ἤτοι λέξεων.* Hinc igitur distinguit Pratum ab glossarum libris, unde probabile est in tabula Suidae praeposita, qua exponitur, quibus grammaticorum libris in suo lexico consarcinando Suidas usus sit, si is non recentis temporis fetus est, pro eo, quod vulgetur, *Πάμφιλος λειμῶνα λέξεων ποικίλων περιοχὴν βιβλίων ἐννενήκοντα πέντε*, sic fere esse scribendum: *Π. λειμῶνα ἤγουν ποικίλων περιοχήν. [περὶ γλωσσῶν ἤτοι] λέξεων βιβλία ἐνν. π.* Praeivit fere in hac sententia Bernhardyus in Suid II, 2. p. 38. Ceterum Pratum quoque ad glossas potissimum pertinuerit, sed libri *περὶ γλωσσῶν* alphabeti ordinem tenuerunt, *Λειμὼν* prati varietatem retulerit, id est Miscellaneorum libertatem.

Pamphili nomine commemoretur, neque omnino Zopyrionis memoria apnd quemquam alium quam apud Suidam et Eudociam superet [165]). Erat illud ab ipso Pamphilo fortasse „περὶ γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων“ inscriptum [166]), unde explicatur quod ab Athenaeo nunc hoc indice [167]), nunc inverso ordine περὶ ὀνομάτων καὶ γλωσσῶν [168]), nuno περὶ ὀνομάτων [169]), nunc περὶ γλωσσῶν [170]), ab Suida autem modo περὶ γλωσσῶν ἤτοι λέξεων, modo περὶ λέξεων, modo περὶ γλωσσῶν appellatur [171]); quae autem apud scholiastas quosdam fertur epitomarum Diogeniani et Vestini inscriptio, non eam vim habet, ut ipsius Pamphili glossis indicem Ἑλληνικῶν ὀνομάτων fuisse arbitrer [172]). Libris constabat nonaginta quinque [173]), ordinem autem sequebatur

---

165) Suid. v. Πάμφιλος· περὶ γλωσσῶν ἤτοι λέξεων βιβλία ἐννενήκοντα πέντε. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ε̄ στοιχείου ἕως τοῦ ω̄. τὰ γὰρ ἀπὸ ᾱ μέχρι τοῦ ε̄ Ζωπυρίων ἐπεποιήκει. Id. v. Διογενειανός — ἐπιτομὴ δέ ἐστι τῶν Παμφίλου λέξεων βιβλίων ε̄ καὶ τετρακοσίων καὶ τῶν Ζωπυρίωνος. In tabula Suidae praemissa post verba not. 164. posita legitur: ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ε̄ στοιχείου ἕως τοῦ ω̄. τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ ᾱ μέχρι τοῦ δ̄ Ζωπυρίων πεποίηκε. Cf. Eudoc. s. v. Πάμφ. 166) Placuit id iam Rankio, qui de Pamphilo eiusque glossarum libris diligentissime tum in libello, quem de Hesychiani lexici vera origine et forma scripsit, p. 72—136, tum in Erschii et Gruberi encycl. art III, x. p. 241 sq. est commentatus; cf. de Hesych. p. 82.; in posteriore autem loco primariam eius operis inscriptionem περὶ γλωσσῶν fuisse credit. [Pauca dedit Fuhrius in Welckeri et Nackii mus. Rhen. V. p. 432.]. 167) Athen. XIV, 650, e. 168) Id. IX, 388, d. 169) Id. III, 89, d. 121, b. VIII, 360, b. XI, 472, e. XV, 677, b. 170) Id. II, 53, b. 69, d. III, 85, c. XI, 470, d. 171) Suid. v. Πάμφιλος habet indicem περὶ γλωσσῶν. Id. v. Διογενειανὸς huius λέξιν παντοδαπὴν dicit esse ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου λέξεων, contra v Οὐηστῖνος ab hoc scriptam esse dicit ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου γλωσσῶν. 172) Schol. Hom. Il. *Ε*, 576. ἐκ τῶν Διογενιανοῦ τῆς ἐπιτομῆς Ἑλληνικῶν ὀνομάτων. Scholium in Gregor. Nazianz. editum ab Montefalcon. in diar. Ital. pag. 214. ἐκ τοῦ Διογενιανοῦ τῆς ἐπιτομῆς τῶν Οὐεστίνου Ἑλληνικῶν. 173) Eum numerum offerunt et MSS. Parisini in Suid. v. Πάμφιλος et tabula Suidae praemissa, quam aliquoties iam in partes vocavimus, eadem voce; eundem Welckerus in censura, quam Rankianae commentationis de Hesychio scripsit (Mus. Rhen. T. 2. p. 293.) probabiliorem docuit esse numero σέ id est 205, quem offerant quae Kuestero priores sint editiones, et numero ε̄ καὶ τετρακοσίων (υέ), quem v. Διογενειανὸς Suidae libri, quod sciam, omnes praebeant uti Eudocia p. 133., et numero ἐννενήκοντα

13 litterarum [174]), cumque fortasse sic tenebat, ut non in prima tantum, sed in secunda etiam tertiaque et quarta littera eam seriem observaret; certe id Athenaeus in iis, quae Pamphilo debet, plerumque facit [175]), idemque Diogenianum, qui, ut mox referemus, Pamphili epitomen scripsit, fecisse diserte testatur Hesychius [176]). Eo in lexico condendo Pamphilus superiorum glossographorum libris utebatur, veluti Aristophanis Byzantii et Atticis et Laconicis, Diodori Italicis, Apionis Homericis glossis, aliisque, quorum librorum bonam partem Athenaeus non ipse usurpasse manibus, sed ex Pamphilo demum cognosse videtur [177]). Neque minus diligens erat in poetarum [178]) scriptorumque testimoniis et afferendis et explicandis; ea vero in re ita versabatur, ut etiam de scripturae discrepantia sententiam ferret, id quod praecipue in Homeri vocibus faciebat. Verborum autem non satis habebat significationes exponere, immo etiam origines aperiebat, et quo accentu notanda essent docebat [179]). Erat denique opus diffusum maxime et varium, quippe quod tum multas topicas glossas veluti Cypriorum, Laconum, Tarentinorum, alias, tum plerasque poetarum, veluti Homericas, tragicas, comicas comprehenderet; parcior fuerit in glossis prosae orationis recipiendis. Magnum id Zopyrionis Pamphilique coniuncta opera conditum glossarium, ut iam significavimus, in compendium redegit tum Diogenianus tum Vestinus. Atque Diogeniani quidem epitome, quam Suidas auctor est libris quinque constitisse et

---

ἑνός, quem illa tabula v. *Οὐηστῖνος Ἰούλιος*, denique et numero *οε* (75), quem Endocia v. *Πάμφιλος* p. 360. exhibeat. Illo antem numero comprehendanturne simul Zopyrionis libri, an horum numerus illi adiiciendus sit, ignoro. 174) Quod Rankius (Encycl. p. 242.) coniecit singularum litterarum glossas ita fuisse dispositas, ut partim ad rerum quaedam genera revocarentur („nach den Gattungen der Worte, welche er aufnahm, hat er wahrscheinlich die Anordnung eingerichtet"), id quod fere, si recte intellego, ad onomasticorum rationem accessit, partim ad topicarum differentiam respiceretur, id est, ut singulis in litteris separatim extarent Laconicae, separatim Atticae, idemque valeret in reliquas, ex eo genere coniecturarum est, quas non minus difficile est probare quam refellere. 175) Cf. Rankius de Hesych. p. 85. 92. 176) Id. l. c. p. 70. 177) De Diodori glossis a Pamphilo in suos usus conversis cf. Athen. 479, a, de Apionis Id. 642. 178) Athen. 479, a. 487, c. 326, c. al. 179) Cf. quae Rankius composuit p. 121 sqq.

indicem habuisse „*Λέξις παντοδαπὴ κατὰ στοιχεῖον*“, eam famae celebritatem consecuta est, ut ipsius Pamphili opus in qnandam oblivionem adduceret; nam Pamphili memoria fere apud solos Athenaenm et Herodianum reperitur et ne apud Photium quidem eo loco extat, qnq hic data opera de lexicis Graecis disserit, Diogeniani autem et nomen saepissime iactatur et lexicon fundus quasi factus est Hesychiani lexici, id qnod tum Hesychius ipso in epistola ad Eulogium profitetnr, tum post Ruhnkenium Rankius sio comprobavit, ut eorum, quae ex Diogeniano commemorarentur, paucis exceptis pleraque omnia in Hesychio extare doceret. Ea autem quaestio exercuit nuper eruditos aliqnot viros atque adhuc sub iudice lis est, quinque illi libri, quorum memoriam unus Suidas servavit, fuerintne non diversi ab Diogeniani eo opere, cui Hesychius inscriptum esse dicit „*Περιεργοπένητας*“, an Diogenianus praeter Pamphili epitomen alind lexicon condiderit suo consilio adornatum, ad quod et hic *Περιεργοπενήτων* titulus et pleraeque earum verborum explicationum referendae sint, qnae Diogeniani sub nomine a grammaticis commemorentur [180]). — Quam autem Iulius Vesti- 14

180) Priorem sententiam post alios tuetur Rankius, hanc diligenter defendit Welckerus p. 293 sqq., in cuius sententiam discessit Bernhardyus in Suid. v. *Διογενειανός*. Res sic est comparata, nt non efficias, quid verum sit quid non verum, sed id unum, quid magis et quid minus probabile sit. Iam vero me quidem iudice credibilius est ab Suida eiusdem operis si duplex fuerit inscriptio, titulum unum commemorari, alterum omitti, quam operum duorum eo loco, ubi libros Diogeniani data opera recenseat, illud neglegi, quod Diogenianus suo Marte condiderit, hoc vero non neglegi, in quo epitomatorem tantum se praebuerit. Quod autem Hesychius in *Περιεργοπενήτων* lexico non solum Homericas, tragicas, comicas et lyricas sed etiam rhetoricas, medicas et historicas infuisse denique nullas omnino neque veterum neque aequalium glossas in eo neglectas esse narrat, non putandum est repugnare Photii testimonio, qui tum cod. 145. *τὴν Διογενιανῷ ἐκπονηθεῖσαν συλλογὴν τὸ πλεῖστον τοῦ ποιητικοῦ εἶναι*, tum cod. 149. Pollionis lexico multas quidem inesse testatur poeticas glossas, pauciores autem quam Diogeniani lexico, tum in praefatione suo ipsius lexico praemissa haec habet: *αἱ τῶν λέξεων πλείους περὶ ἃς τὸ ποιητικὸν νέμεται ἔθνος, — Διογενιανῷ συνελέγησαν.* Neque enim haec eam vim habent, ut quod Photius significet lexicon, ad solas poeticas, sed ut ad has potissimum pertinuisse credamus. Quod vero *λέξιν παντοδαπὴν* Suidas tradit, *Περιεργοπενήτων* lexicon Hesy-

nus sophista glossarum Pamphili epitomen libris quattuor scripsit, eius non frequentem usum fuisse eo probari videtur, quod eius memoria rarissima extat, neque fere nisi apud unum Suidam[181]).

Sed redeo ad ipsum Pamphilum. Huius igitur etiam *Ἀττικαὶ λέξεις* commemorantur [182]), quae fueritne ab libris *περὶ γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων* separatae, an horum partem effecerint, nescio. — Post Pamphilum nominandus est Pollio, Alexandrinus philosophus, quippe qui praeter philosophicos aliquos libros etiam *Ἀττικῶν λέξεων συναγωγὴν κατὰ στοιχεῖον* [183]) litteris mandaverit; id lexicon multas quidem habere poeticas glossas, pauciores tamen quam quod Diogenianus confecerit, testatur Photius, probabile est igitur Pollionem priorem fuisse Diogeniano; Pollio autem incertum est quidem utrum ipse in Hadriani aetatem inciderit, an eius filius, Valerius Diodorus, qui eorum, quae in decem oratoribus dubia esse putantur, explicationem scripsit; sed hoc similius est veri [184]); nisi uterque sub eodem vixit imperatore. — Qui Pollioni proximus est, Phrynichus, quamquam satis magno spatio etiam hic ab eo distat, Arabii cognomen, quo

---

chius **non tradit** in libros descriptum fuisse, nequaquam probat utriusque **non eandem fuisse descriptionem**. Illud denique quod Hesychius Pamphili nomen plane tacet atque ita omnia ad Diogenianum refert, ut ne verbo quidem significet, hunc alii sua debuisse, apud me eo minus valet, quod ne Photius quidem quod ipse commemorat Diogeniani lexicon ita adornatum fuisse tradit, ab Photio autem non aliud significari lexicon Diogeniani quam quae epitome fuerit Pamphilei, id vero dubitationem non patitur.

181) Cf. **Suid.** v. *Οὐηστῖνος*, tabulamque scriptorum Suidae praemissam et **Schol. Greg. Nazianz.**, quod not. 171. posuimus.

182) **Athen.** XI, 495, f.

183) Eo titulo ab **Suida** v. *Πωλίων* et in tabula Suidae praemissa id lexicon significatur, quod apud eundem **Suid.** v. *Διόδωρος* simpliciter *Ἀττικὴ λέξις*, ab Photio autem cod. 149. *Πολλίωνος λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον* appellatur.

184) Apud **Suidam** v. *Πωλίων* pater dicitur *γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ*, apud **eundem** v. *Διόδωρος* filius narratur *γεγονὼς ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Ἀδριανοῦ*. Ut Suidas ne secum pugnet, si omnino ita scribens secum pugnat, transpositio videtur priori loco adhibenda et pro *Πωλίων Ἀλεξανδρεὺς ὁ Οὐαλέριος χρηματίσας, φιλόσοφος γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ οὗ παῖς Διόδωρος φιλόσοφος, ὁ γράψας κτλ.* ita rescribendum esse, ut verba *γεγ. ἐπὶ Ἀδριανοῦ* ab priore voce *φιλόσοφος* revocentur ad posteriorem. Ea ratio mihi magis placet, quam ut v. *Διόδωρος* rescribatur *γεγονότος* pro *γεγονώς*. [Huic transpositioni repugnare Suidae morem dicit Bernhardyus.].

et ab Photio et in codice sophistici apparatus dicitur, qua re meruerit nescio; nam Bithynus erat origine; is sophista Marco et Commodo imperantibus floruit, Commodo, qui regnare coepit anno centesimo et octogesimo p. Chr. n., magnum opus sophistici apparatus inscripsit, cuius singulos libros singulatim amicis quibusdam dedicavit. Id libris constitisse triginta sex Photius eo loco scribit, quo eius argumentum data opera exponit; Photio autem, quippe qui illud suis ipsius manibus tractaverit, plus tribuendum est quam incertis quibusdam scriptoribus apud Suidam, quorum alii libris id quadraginta septem, alii septuaginta septem descriptum fuisse volunt. Comprehendebantur eo opere non tantum singulares voces, sed coniuncta etiam nomina et extentae ad incisa usque comprehensiones. Praeterea etiam *Τιθεμένων συναγωγὴν* et *Ἀττικιστήν* — Phrynichus inter Atticistas familiam duxit — et duos [185]) libros Atticarum vocum (*Ἀττικῶν ὀνομάτων β′*) scripsit. Verum ut sophisticus apparatus qualis fuerit cognoscere licet ex eius sive epitome sive fragmentis, quae Im. Bekkerus (in prima parte Anecdotorum) publici iuris fecit, ita librorum, qui Atticas voces comprehenderant, naturam et indolem quae aetatem tulerunt Phrynichi et epitome et *ἐκλογὴ ῥημάτων καὶ ὀνομάτων Ἀττικῶν* docent. His enim primum docetur eos libros inscriptos fuisse Corneliano cuidam, qui princeps eruditionis clarissimusque vir ibi (p. 418. Lobeck.) appellatur atque cum in omni eruditione tum in verborum delectu praestitisse ceteris, ab imperatoribus autem (id est, ni fallor, ab Marco et Commodo) Graeciae praepositus atque epistolis (sine dubio graecis) adhibitus fuisse dicitur (p. 379. 418. 225.); deinde iisdem probatur ita eos comparatos fuisse, ut docerent et quae verba ut *ἀδόκιμα*, *βάρβαρα*, *ἀμαθῆ*, *ἀλλόκοτα*, *τελέως ἐξίτηλα* (303), *διεφθαρμένα*, *κίβδηλα* (300), *ἐσχάτως ἀδόκιμα* (26), *πάνυ ἀμαθῶς* (27), *οὐκ ὀρθῶς λεγόμενα*, *ποιητικὰ μὴ πολιτικά* fugienda, et quae ut *δόκιμα*, ut *ἀρχαῖα* imitanda essent; id autem sic factum esse, ut reprehenderetur

185) At tribus libris opus *Ἀττικῶν ὀνομάτων* fuisse descriptum, eo probari videtur quod in Phrynichi epitome (p. 443. Lobeck.) extat „*Ἀρχὴ τοῦ γ′*“, De Phrynicho eiusque sophistico apparatu cf. Meineke, fragm. Comic. IV. p. VI sq.

non tantum si quid ab aequalibus esset dictum, quod vituperandum videretur, veluti ab Phavorino (huius oratio maxime omnium exagitatur), ab Plutarcho, ab Alexandro Syro sophista, ab Antiocho sophista, ab Lolliano sophista, ab Polemone Ionico sophista, sed ne superioribus quidem aetate parceretur; sic Menander semel quidem in usu *λιβανωτοῦ* verbi probatur (p. 187.), in reliquis vero locis vehementer reprehenditur, vehementissime p. 416. 418. 440. 442. (ubi est: *τοῦθ' οὕτως ἀδόκιμον, ὡς οὐδὲ Μένανδρον αὐτῷ χρήσασθαι*); hinc opponitur nunc *τοῖς ἀρχαίοις* (p. 196. 331. 415 sq. 425.), nunc *τοῖς δοκίμοις* (363. 387. 425.) atque coniungitur cum *τοῖς πολλοῖς* (442.). Non magis parcitur Antiphani (p. 333.), Philippidi (p. 363.), Hyperidi (333.), Aristoteli, Chrysippo. Atque haec de Phrynicho. — Contra Phrynichum Suidas auctor est Orum scripsisse Alexandrinum; id ad Milesium esse referendum, qui altero p. Chr. saeculo vixerit neque distinguendum ab *Ἀττικῶν λέξεων συναγωγῇ*, quam Orioni Alexandrino tribuat Suidas, probabiliter statuit Ritschelius[186]. — Post hos nominandi videntur Galenus, Lupercus et Mnaseas Berytii, atque Longinus. Eorum enim Galenus, cuius aetas fere intra annos CXXXI. et CC. p. Chr. cadit, praeter glossarum Hippocratis, praeter vocabulorum Aristophanis, Eupolidis, Cratini aliorumque comicorum enarrationes, quas mox commemorabimus, etiam explicationem *τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσιν ὀνομάτων* scripsit libris[187]) quadraginta octo; Lupercus vero Berytius, quem paullo ante Claudii secundi tempora i. e. ante annum CCLXVII. p. Chr. vixisse Suidas auctor est, cum alia scriberet, quae ad grammaticam artem spectabant, in quibus Herodiani potissimum praecepta probasse videtur, tum Atticas dictiones[188]) edidit; similiter Mnaseas[189]), ipsius popularis, *περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων* commentatus esse dicitur. Denique Dionysius Cassius

186) Ritschl. in comment. de Oro p. 36. 187) Cf. Galen. de libris suis c. 18. T. XIX. p. 48. et de ordin. libror. suor. p. 61. ed. Kuehn. 188) *Ἀττικαὶ λέξεις* tum apud Suidam v. *Λούπερκος* (ubi pro *ἐν οἷς πολλὰ κατευδοκιμεῖ Ἡρωδιανοῦ* scribendum videtur: *κατευδοκεῖ*, [quod improbavit Bernhardyus in Addend. p. 1838.]) tum in indice scriptorum Suidae praemisso commemorantur, quamquam huic nemo temere crediderit ab Suida in lexico consarcinando ipsas Luperci et Longini dictiones Atticas esse in partes vocatas. 189) Suid. v. *Μνασέας*.

Longinus, qui anno ducentesimo septuagesimo tertio p. Chr. affectus est ultimo supplicio, Atticarum dictionum duplicem editionem ad litterarum ordinem adornatam vulgavit [190]). Hactenus haec. Inferius enim descendere et Atticistas persequi reliquos eo minus 16
necessarium est, quod ab re, quam nunc agimus, alieniores sunt; neque enim illi in verborum explicatione et significatione elaborabant sed id potius agebant, ut docerent nunc quae voces, nunc quae vocum sive formae sive significationes propriae Atticorum essent, easque distinguerent ab iis vocibus vocumve formis et significationibus, quae ad communem sermonem posteriorum Graecorum sive solum, sive certe non minus ad hunc quam ad illorum sermonem pertinerent. Itaque Moeridis Atticistae *Λέξεις Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων*, Thomae Magistri sive Theoduli Monachi *Ἀτθίδος διαλέκτου ἐκλογάς*, Moschopuli *ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογήν*, Christoduli Magistri quae in MSS. Neapolitanis extat collectionem et alia eiusdem farinae silentio praetermittimus.

V.

Quod vero ad unius sive poetae sive scriptoris vel poetarum scriptorumque generis vocabula obscuriora et obsoleta, initium facimus ab Homericis glossis. Eas iam multum ante Aristophanis comici tempora ab grammaticis in litterariis ludis enarratas, litteris autem earum explicationes iam Democritum Abderitam mandare aggressum esse, Philetam vero Coum diligentiorem operam in iis enarrandis posuisse supra (p. 5 sq. p. 10.) narravimus; etiam Parmenionem glossographum breviter significavimus (not. 125.). Illis fortasse proximus aetate est Zenodotus Alexandrinus, quem cognomine fuisse *τοῦ ἐν ἄστει* librumque de Homerica consuetudine (*περὶ τῆς Ὁμηρικῆς συνηθείας*) edidisse Suidas (s. v.) auctor est; probabile est enim hunc Zenodotum non esse diversum ab eo, qui et *Κρατήτειος* dicebatur et *Μαλλώτης*, sive quod Cratete Mallota magistro esset usus, sive quod domicilio quidem Alexandrinus, patria autem Mallotes esset; id probabile dixi, quia ut Crates cum Aristarcho

190) Suid. *Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β', εἰσὶ δὲ κατὰ στοιχεῖον.* Cf. Ruhnken. de vit. et scriptis Longin. p. CII. ed. Lips.

simultatem exercebat, ita hic Zenodotus *πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα τοῦ ποιητοῦ* scripsit [191]). Verum cum bis in scholiis Homericis (ϱ, 263. σ, 22.), ut apud Apollonium (v. ζῶστρα pag. 384. Villois.), Zenodori quaedam explicationes verborum commemorentur, quin semel [192]) etiam diserte dicatur *Ζηνοδώρῳ τῷ συγγράψαντι περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας τὰ δέκα βιβλία*, ubi articulus satis probat non ignobiles eos fuisse libros, neque credibile sit de eodem argumento esse non minus Zenodorum quam Zenodotum commentatum: alii Zenodotum Suidae, alii Zenodorum Homericorum scholiorum et Apollonii praetulerunt [193]); cum in utramque sententiam non pauca possint dici, in utram discedendum sit, mihi non magis constat quam nupero Suidae editori constitit. Hoc loco non praeterenndus est, quem iam saepius nominavimus, Tryphon Alexandrinus, qui Augusto imperante vixit et de dialectis Homeri, Simonidis, Pindari, Alc-
16 manis et reliquorum lyricorum scripsit [194]), in quibus libris probabile est etiam verborum interpretationi aliquem locum esse datum. Eorum autem, qui post Aristarchum in eodem studiorum genere versabantur, imprimis nominandi sunt Heliodorus et Apion; hi, ubi Homerica agitur explicatio, plerumque significantur, quotiens grammatici, maxime Apollonius et scholiastae Homerici atque Eustathius, communi indice *τῶν γλωσσογράφων* utuntur; nam ubi non de Homero agitur, eo titulo alii significantur [195]). Heliodori vero et Apionis memoriae apud Apollonium, apud scholiastas Homeri, apud Hesychium, apud Eustathium [196])

---

191) Cf. quos excitat Clinton. F. H. 3, 491. 192) Schol. Il. Σ, 356. p. 499, b. 30, ubi Cod. Leid. habet *Ζηνοδότῳ*. 193) Zenodorum praetulerunt Villoison. (Prolegom. in Apollon. p. XVII.) et Mnetzelius meus (de emendat. theogon. p. 281.). Contra eum Scholiis Homericis fecerunt F. A. Wolfius (Prolegom. p. CXCVI.) et Lehrsius (de Aristarch. stud. Homeric. p. 228.). 194) Suid. s. v. *Τρύφων — περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Πινδάρῳ καὶ Ἀλκμᾶνι καὶ τοῖς ἄλλοις λυρικοῖς.* 195) Apud Harpocr. vv. *κύπασσις, σείρινα* (male Phot.: *σειρῆνα*) et *φιμοί* qui excitantur *οἱ γλωσσογράφοι*, certe non sunt Heliodorus et Apio. 196) Nam quod apud Eustathium legatur *Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος* aut *Ἡρόδωρος καὶ Ἀπίων*, id esse ad Heliodorum referendum post Valckenarium Ritschelius docuit de biblioth. Alexandr. p. 143 sq.

ita plerumque coniunctae, rarius discretae extant, ut qui eorum aetate posterior sit, eas, quas ex superioris aetate explicationibus probasset, non mutatas repetivisse, et eas solas immutasse videatur, in quibus ab superioris sententia recessisset [197]). At vero uter eorum fuerit aetate prior, uter posterior, ignoramus; nam de Heliodori aetate nihil fere constat, nisi eum ut Aristarcho posteriorem, ita Apollonio sophista, a quo saepe in partes vocetur, priorem fuisse; at tamen mihi quoque Heliodorus antiquior videtur. — Apio autem Plistonices Lehrsii [198]) egregia commentatione accuratius nobis cognitus est. Erat igitur ille Alexandrinus grammaticus, qui Romae artem sub Tiberio et Claudio docebat, successor factus Theonis grammatici, suppar Dionysio Halicarnassensi; magistris usus erat Didymo et Apollonio Archibii filio, etiam Euphranore, cum hic centenario esset maior; ex iis autem, qui ipsi se in disciplinam tradiderant, imprimis nominatur Anteros; Apio magna erat doctrina nec mediocri facundia, maiore tamen iactantia; nam ad ridiculum ventosus admirationem captabat incredibilium narratione; *Μόχθου* et Homerici cognomina, quae ipsi in grammaticorum libris tribuuntur, utrum studiorum ratione an aliis rebus meruerit, non certo constat; ad posteritatis memoriam ut perveniret, varia eius diffusaque doctrina et aliquanto magis odium effecit, quo Iudaeos insectabatur, quos ut apud Caligulam imperatorem accusaret, ab Alexandrinis, civibus suis, electus erat. — Apionis glossis Homericis nihil est omnino quo frequentius utatur Apollonius sophista in lexico Homerico. Id autem lexicon ad Apollonium eum, qui sub Augusto floruit, Archibii filium, Apollonii nepotem, Dionysii Thracis aequalem Villoisonus rettulit, in cuius sententiam plerique omnes discesserunt, neque pauca sunt, quae eam commendent; primum enim Apollonium Archebii (i. e. Archibii) sive Archebuli de dictionibus Homericis ordine litterarum scripsisse Suidas [199]) auctor est; deinde quae idem Suidas v. *μετά* de huius praepositionis significationibus ab Apollonio Archibii filio doceri tradit, magnam partem

197) Ritschl. de biblioth. Alexandr. p. 141 sqq. Id. prooem. schol. Bonnens. 1840—41. p. X. 198) Lehrs. quaestionn. epic. p. 1—43. 199) Suid. s. v. *Ἀπολλώνιος Ἀρχεβούλου ἢ Ἀρχεβίου ἔγραψε περὶ λέξεων Ὁμηρικῶν κατὰ στοιχεῖον.*

cum iis conveniunt, quae in Apollonii sophistae lexico Homerico (p. 546. Villois.) extant; postremum Hesychius, qui in epistola ad Eulogium [200]) ab Apione et Apollonio Archibii filio solas Homericas glossas scriptas easque tum ab Diogeniano tum ab
18 semetipso in ipsorum lexica receptas esse scribit (quamqnam in ea, quam lexico suo dedit inscriptionem, *Ἡσυχίου γραμματικοῦ συναγωγὴ πασῶν λέξεων κατὰ στοιχεῖον ἐκ τῶν Ἀριστάρχου καὶ Ἡλιοδώρου*, Apollonii nomen omisit), Hesychius igitur in glossis Homericis explicandis non mediocriter cum Apollonio sophista conspirat, nisi qnod nunc in brevius contraxit, quae Apollonius habet dilatata oratione, nunc amplior est, ubi in eadem caussa alios quoque duces, veluti Apionem, secutus esse videtur. Unum tamen est, quod retineat assensum; cum enim, ut iam commemoravi, in Apollonii sophistae lexico unius Apionis memoria frequentior extet quam reliquorum omnium grammaticorum, si Apollonius is non diversus est ab Apionis magistro, necesse est Homericas glossas discipulus scripserit adolescentulus, magister provectior aetate in suum opus transtulerit, id quod nec per se probabile neque tamen tale est, quod fieri omnino non potuerit. [Suidam in hac re errasse demonstravit Lachmannus in Babrii fabul. p. XI.] — Incerta aetas est et Clearchi, cuius glossae in scholiis Homericis semel commemorantur [201]) et Philoxeni Alexandrini, cuius iam bis [202]) mentionem iniecimus; hic de glossis Homeri (*περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ γλωσσῶν*) scripsit, eum autem librum in epitomen redegit Aelius Serenus [203]). — Hoc loco dicendus etiam esset Herodianus, Apollonii Dyscoli filius, modo constaret, id quod in dubitationem nuper vocavit Lehrsius [204]), epimerismos, qui olim eius sub nomine lati essent (namque de iis, qui nunc nomen mentiuntur, non agitur), interpolatos tantum aliorum additamentis neque tamen suppositos esse omnes, in his enim singula Homericorum carminum vocabula non tantum ad suas partes orationis revocabantur, sed etiam quae eorum et ori-

200) *ἀλλ' οἱ μὲν τὰς Ὁμηρικὰς μόνας (λέξεις) ὡς Ἀπίων καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Ἀρχιβίου (συντεθείκασι) — Διογενιανὸς δὲ — τά τε προειρημένα βιβλία καὶ πάσας τὰς — λέξεις συναγαγὼν — συντέθεικε, λέγω δὴ τάς τε Ὁμηρικάς κτλ.* 201) Schol. Il. Ψ, 81. p. 606, b, 32. ed. Bekk. 202) Cf. not. 122. et 130. 203) Suid. vv. *Φιλόξενος* et *Σερῆνος*. 204) Cf. not. 127.

ginationes et significationes essent, docebatur. — Cassins Longinus, quem Aurelianus imperator extremo supplicio affecit, cum alia scripsit quae ad Homerum pertinerent, tum qnattuor libros [205]) de vocabnlis Homericis quae multiplicis essent significatus (*περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων*). — Huius discipulns Porphyrius ut alia multa, quae ad Homeri explicationem spectabant, ita etiam de nominibus ab Homero omissis (*περὶ τῶν παραλελειμμένων τῷ ποιητῇ ὀνομάτων*) scripsit [206]). — Cratinus in epitome librorum Basilidae de dictione Homerica commemoratur [207]); sed neque Basilides neque Cratinns aliunde mihi noti; Basiliden enim Stoicum ut cognominem Epicnreum temporum, Basiliden Aegyptinm gnosticum, qui sub Hadriano vixit, studiorum ratio exeludit; cogitavi de Basilida Milesio sophista, cui, ut Photius scribit, Phrynichus unum librorum suorum dedicavit, aut de B. patre Sallustii philosophi; sed nimis incertae huinsmodi coniecturae. Ab Etymologo etiam lexicon Iliadis et primi libri Iliadis commemoratur [208]). Atque haec de Homericarum glossarum explicatione.

Quod ad reliquos poetas, Antimachi *λέξεις* Longinus [209]) explicavit; lyricorum elocutionem haud scio an Trypho toties iam nobis dictus eo commentario illustraverit, qnem de Simonidis, 19
de Pindari, de Alcmanis et de reliquorum lyricorum dialectis perscripsit. — Qui Tryphoni aequalis erat, Didymus (nam uterque snb Augusto vixit), tragicam elocutionem opere amplissimi ambitus (nam eius duodetricesimus liber ab Harpocratione [210]) in

205) Suid. v. *Λογγῖνος*. 206) Schol. Hom. Il. *Γ*. 250. p. 109, b. 1. Breviter *Πορφύριος ἐν τοῖς παραλελειμμένοις* excitatur ib. v. 314. p. 112, a, 10. 207) Etym. M. 142, 29. *Κρατῖνος ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Βασιλείδου περὶ Ὁμηρικῆς λέξεως*. De nominis forma cf. Ebert. diss. Sicul. p. 97. Basiliden stoicum memorat Sext. Empir. adv. Mathem. p. 507., Epicureum Diog. Laert. X, 25, gnosticum Clem. Al. stromat. II, 4. Euseb. H. E. IV, 17. et alii ecclesiasticae historiae scriptores, [de quo singularem libellum edidit I. L. Iacobi Regimont. 1852. H.] Basiliden patrem Sallustii Suid. s. v. 208) Etym. M. 416, 20. 553, 7. 744, 40. 209) Suid. s. v. „*Λέξεις Ἀντιμάχου καὶ* („*κατὰ*“ coni. Hemsterh.) *Ἡρακλέωνος*“. De grammaticis, quibus erat Heracleonis nomen, dixi commentatione p. XII s. 210) Harpocr. v. *ξηραλοιφεῖν* — *Δίδυμος ἐν κή τραγικῆς λέξεως*. Cf. Ranke de Hesych. p. 134 sq. Quod in Bekk. Anecd. 334, 1. excitatur *Δίδυμος ἐν τῇ τροπικῇ λέξει*, fortasse verum

partes vocatur), Aeschyli autem λέξιν singulari libro Diogenianus [211]) enarravit. — Comoediae quae verba propria essent et obscuriora, ab Lycophrone et Eratosthene esse exposita iam in priore commentatione commemoravimus; Apollodorus autem Atheniensis [212]) tum in decem libris, quos de Epicharmo, tum in commentariis, quos in Sophronis mimos scripsit, verba enarravit, quae quidem glossematica et obscuriora essent. Illis accessit Didymi, diligentissimi hominis, etiam hoc in genere spectata industria; huius κωμικὴν λέξιν [213]) credibile est non minus late patuisse quam eiusdem τραγικὴν λέξιν, quamquam cum idem Didymus multos comicos poetas commentariis illustraverit, veluti Cratinum, Phrynichum, Eupolidem [214]), Aristophanem [215]), Menandrum, quas verborum enarrationes tamquam ab Didymo profectas commemorant scholiastae et lexicographi, non constat certo utrum in Didymi lexico comico an in illis commentariis traditae fuerint; illud autem ex Athenaeo [216]) colligi potest, verborum significationes illum adhibitis poetarum scriptorumque testimoniis illustrasse. — Cum Didymo Hesychius Theonem ita coniungit, ut dubitationi locus sit, Theo solasne tragicas an solas comicas, an, id quod sane credibilius est, non minus quam Didymus utrasque diversis lexicis explicaverit [217]). — Epithersen grammaticum de vocibus Atticis et comicis atque tragicis scripsisse Stephanus Byzantius [218]) memorat; id fueritne unum opus,

---

est (namque τροπικὴν λέξιν et alii commemorant et Dionys. Halic. de vett. scriptorr. censur. p. 422. de iis quae Thucyd. propr. sunt, p. 790., eam autem singulari libro complecti certe minus mirum, quam singularia lexica καθαρᾶς aut σεμνῆς ἰδέας aut λόγου πολιτικοῦ scribere, id quod factum esse docet Phot. codd. 146 sqq.); videndum tamen est, sitne τραγικῇ reponendum. 211) Bekk. Anecd. 1073. 212) Cf. Heyne, Apollodor. p. 438 sqq. 213) Hesych. epistol. ad Eulog. οἱ δὲ τὰς κωμικὰς ἰδίᾳ καὶ τὰς τραγικὰς (συντεθείκασι λέξεις), ὡς Θέων καὶ Δίδυμος καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι. Etym. M. 492, 52. ὁ δὲ Δίδυμος — φησὶ γὰρ ἐν τῷ κωμικῷ. Eadem habet Etym. Gud. 401, 40. Cf. Meineke, hist. crit. p. 14. Bergk. commentt. p. 66. Otto Schneider. de veter. in Aristophan. scholior. p. 95. 214) Eupolidem dubitanter adieci; cf. Otto Schneider. p. 16. 215) Otto Schneider. p. 59 sqq. 97 sq. 216) Athen. XI, 487, c. Παρέθετο τὰ ἰαμβεῖα καὶ Δίδυμος καὶ Πάμφιλος. Neque enim dubium est haec ad comicum lexicon esse referenda. 217) Cf. Ruhnken. praef. in Hesych. T. II. p. IX sq. Welcker. in Mus. Rhen. 2, 287. 218) Steph. Byz. v. Νίκαια — Ἐπιθέρσης

quod tribus partibus esset descriptum, an tria diversa opera, dubites merito. Epithersis autem si quidem nomen recte repositum est apud Erotianum (p. 88. ed. Franz.), ubi in codice extat *Θέρσις ἐν δευτέρῳ τῶν λέξεων*, aetas etiam eatenus certe patet, ut non possit Nerone posterior esse, sub quo ipse vixit Erotianus; neque caussae quidquam est, quod hunc Epithersen distinguas ab Epitherse patre Aemiliani rhetoris et *διδασκάλῳ γραμματικῶν*, quem aliquid quod ad Tiberii imperatoris tempora pertinet narrantem facit Plutarchus [219]. — Post illos Palamedes dicendus est grammaticus, Athenaei Naucratitae aequalis, abs quo semel [220]) inter deipnosophistas nominatur; eo 20
loco duobus notatur cognominibus *ὁ Ἐλεατικὸς Παλαμήδης ὀνοματολόγος*; eorum prius, quo Suidas quoque utitur, non esse ad patriam originemque hominis referendum, sed ad eius acumen sollertiamque in glossis explicandis comprobatam Boeckhius [221]) docuit; id vero utrum fuerit ita in vulgus receptum, ut Palamedes eodem ab aliis quoque eruditis viris significatus sit, an Athenaeo proprium, qui hoc leporis genus imitando a Platone derivarit, nescio; alterum cognomen libro videtur deberi, cui „*Ὀνοματολόγῳ*" inscripsisse Palamedem Suidas auctor est; Suidae enim nihil est quod fidem ea in re non habeamus; quamquam non nego aut Athenaeo satis iam fuisse caussae cur illum *ὀνοματολόγον* diceret, quod scenica collegisset vocabula, aut Suidam Athenaei voce ita falli potuisse, ut singularem librum eo titulo inscriptum fingeret. Nam *κωμικὴν καὶ τραγικὴν λέξιν* edidisse Palamedem et idem Suidas narrat, et Etymologus [222]) confirmat; et quae quattuor explicationes in scholiis Aristophaneis [223]) ad Palamedem referuntur vocum *λεπαστή*, *πύον* et *πυριάτης*, *ἔνδειξις*, *Καυνάκης*, eas in comico lexico extitisse

---

γραμματικὸς γράψας περὶ λέξεων Ἀττικῶν καὶ κωμικῶν καὶ τραγικῶν. 219) **Plutarch.** de defect. oraculor. T. 9. p. 327. Hutt. Cf. **Meineke** l. c. p. 15. 220) **Athen.** IX, 397, a. Cf. **Schweighaeuser.** in Athen. T. I. p. 24. 221) **Boeckh.** Praef. in schol. Pind. XIX. 222) **Etym. M.** p. 145, 44. *ὥς φησι Παλαμήδης ἱστορικός* (Boeckhio *Ἐλεατικὸς* reponenti refragatur Bernhardyus in Suid. s. v., nihil tamen extricans quod aut certius aut melius sit) *ὁ τὴν κωμικὴν λέξιν συναγαγών.* Cf. **Eckstein.** in Encycl. Hal. III, 9. p. 424. 223) **Schol. in Arist.** Pac. 882. Vesp. 710. 1108. 1122.

credibile est, verborum autem *στόλος* et *παραβλήδην* interpretationes, quas scholiastae in Apollonium [224]) tamquam a Palamede profectas habent, dubites utrum in tragico-lexico an in Onomatologo locum habuerint. — Quod autem tum in scholiis in Aristophanem legitur [225]) nunc *ὡς κεῖται ἐν τῇ κωμικῇ λέξει*, nunc [226]) *ὁ τὴν κωμικὴν λέξιν γράψας*, tum in scholiis in Apollonium extat modo [227]) *οὕτως ἦν ἐν τῇ κωμικῇ λέξει τῇ συμμίκτῳ*, modo [228]) *ἐν δὲ τῷ κωμικῷ λεξικῷ*, eo Hemsterhusius [229]) Palamedis, O. Schneider [230]) Didymi lexicon comicum significari credit; mihi ne illud quidem constat, idemne liber omnibus illis locis significetur, nedum sitne Palamedeus an Didymeus an alius, cuius fortasse interciderit memoria. Reliquus est Galenus; duos hic [231]) libros scripsit *τῶν παρὰ Κρατίνῳ πολιτικῶν ὀνομάτων*, tres *τῶν παρ' Εὐπόλιδι*, quinque *τῶν παρ' Ἀριστοφάνει*, unum *τῶν ἰδίων κωμικῶν ὀνομάτων παραδείγματα.*

Iam vero missis poetis ad prosae orationis scriptores pervenimus. Eorum fere nullus est, cuius elocutio tot doctos homines exercuerit, quot Hippocrates Cous, medicinae graecae pater et auctor. Postquam enim sive Callimachus Herophileus, sive Xenocritus Cous grammaticus glossas Hippocratis explicare instituit, quorum illum Apollonius Citieus, hunc Heraclides Tarentinus auctor est primum eo in genere desudasse, quot tum grammatici tum medici eandem susceperint provinciam, ex praefatione apparet, quam Erotianus suo Hippocratis glossario praemisit. Ex tot autem operibus duo tantum tulerunt aetatem, Galeni *τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις* et *συναγωγὴ τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων*, cuius auctorem codd. quidem mss. quod sciam omnes Erotianum probo graecoque nomine [232]) appellant, Herodianum autem fuisse nonnulli, ut Io. Alb. Fabricius [233]),

---

224) Schol. in Apoll. Rhod. I, 704. III, 106. IV, 1563. 225) Schol. in Arist. Plut. 313. 226) Schol. in Arist. Pac. 922. Bekk. 227) Schol. in Apoll. IV, 972. 228) Ibid. 1614. Invernizzius Praefat. in Aristoph p. XXVII. ex codd. Vatican. reponit: *τῇ κωμικῇ λέξει.* 229) T. H. in Aristoph. Plut. p. 98. 230) O. Schneider. p. 95. Cf. Meineke, hist. cr. p. 18 sq. 231) Galen. de libr. suis T. XIX. p. 48. Kuehn. 232) „Erotianus" est in Gruter. C. I. 393, 1. „Erotiane" ib. 1052, 3. *Ἐρώτιος* Boeckh. C. I. Gr. no. 405. *Ἐρωτίας* ib. no. 165. 233) Cf. Fabric. bibl. Gr. VI, 234. Harl.

propterea coniecerunt, quod *Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ ἐξηγήσεως* 21
τῶν λέξεων Ἱπποκράτους ab Etymologo Magno [234]) in *ἄμπωτις* in partes vocetur; quae vox cum hodie non extet in Erotiano, necesse erat coniecturae coniecturam snperstruere et contendere perisse partem eam Erotiani, in qua extitisset; quasi vero non minus Erotianus quam Herodianus eam suscipere potuerit provinciam, aut si alter locus ad alterum immutandus est, non credibilius sit ab librario vulgare Herodiani nomen pro minus noto Erotiani nomine, quam contra hoc pro illo et in ipso libri indice esse repositum. Utut est, cum id glossarium „ Andromacho archiatro „ inscriptnm sit, is autem non diversus videatur ab nobili Neronis archiatro Andromacho Cretensi, qui tres libros de medicamentorum viribus scripsit medicamentaque et emplastra non pauca composuit atque saepissime ab Galeno et Aetio memoratur, si Herodianus glossarii auctor erat, certe distinguendus est ab claro grammatico, Apollonii Dyscoli filio, qui sub Marco Antonino floruit. Ceterum glossarii non solum ordo qui nnnc ost, sed omnis forma multum discrepare videtur ab primigenia, id quod praefatio ipsa probat.

Quod ad philosophos, Democriti glossas Callimachus, Platonis *λέξεις* Harpocratio Argivus Caesaris familiaris duobus libris enarravit [235]); in hoc argumento elaboraverunt etiam Clemens [236]) et Boethus, qnorum hic [237]) non solum *περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων* librum Athenagorae inscriptum sed etiam *λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴν κατὰ στοιχεῖον* Melanthae dedicatam edidit, quam Photius utilitate multum praestare censet Timaei collectioni, quae hodieque extat.

Qnod de rerum scriptoribus, Herodoti glossas Apollonius [238]) nescio quis explicavit; cogitabam de Apollonio

explicationem afferant, aut eo nomine excusatur, quod quae ad eos relata est oratio, aliis videbatur ad unum ex decem probatis referenda esse; unum est Cephali exemplum, quod neutram patitur excusationem. Horum lexicorum fundamenta ab Caecilio Calactino rhetore iacta esse arbitror. Etenim cum libri ab Caecilio scripti, quorum indicem Suidae debemus, plerique ad eloquentiae monumenta veterum oratorum pertinuerint, eo autem libro, quem de charactere decem oratorum scripsit, canona, qui vocetur, oratorum Atticorum introductum primo esse haud improbabiliter coniecisse [320]) mihi videar: etiam illud verisimile est, non ad alias quam ad illorum decem glossas pertinuisse *Ἐκλογὴν λέξεων κατὰ στοιχεῖον* [321]), quam ab Caecilio scriptam esse Suidas dicit, ab Suida lexicon consarcinante esse adhibitam tabula Suidae praemissa testatur aut mentitur potius; neque enim ulla testimonii gravitas in istum fetum cadit. Multo certius constat referenda ad hoc genus esse, quae Photius [322]) uno loco comprehendat lexica Iuliani et Philostrati atque Diodori. Eorum aetas cum neque definiatur a Photio neque constet aliunde, ad coniecturas refugiendum est; me quidem, ut Philostratum illorum antiquissimum arbitrer, hoc movet, quod Photius librum ab eo scriptum non incelebrem quidem esse dicit, ab virtute autem cedere contendit Iuliani lexico, cum hoc vero conspirare Diodori librum; credibilius est enim Philostrati copias auctas paullatim esse ab Diodoro vel ab Iuliano quam horum thesauros, si iam extitissent, spretos ab illo esse. Eum Philostratum facile credcres non diversum esse ab rhetore eo, quem Suidas ex tribus Philostratis, quos commemoret, antiquissimum dicit esse narratque sub Nerone vixisse, quippe quem idem lexicographus etiam *περὶ τῶν ζητουμένων παρὰ τοῖς ῥήτορσι* sive de iis quae apud oratores dubia reperiantur et rhetoricas aphormas scripsisse tradat; verum obstat quod eum Philostratum Suidas Lemnium, suum 59

320) Cf. Commentat. Andocid. IV. [Vol. I. p. 128.] 321) Ad illam *ἐκλογὴν* refero quae Caecilius ap. Harp. v. *ἐξούλης* p. 75, 24. de hac actione et quae de *εἰςαγγελίᾳ* et de *προβολῇ* statuisse in Append. Phot. p. 667, 10. et 25. et 676, 24. narratur; hic enim *Καικιλίου* recte pro *Κικίνου*, et *Καικίλιος* pro *κἀκεῖ* repositum est ab Dobreo et Osanno Beiträge p. 295. 322) Cod. 150.

Photius Tyrium dicit; ea quamqnam componi et conciliari pluribus modis possunt, me tamen movent, ut rem in medio relinqnere malim fateriqne ignorare me, ille Philostratus qualis fuerit. — Quod ad Diodorum, huius lexicon X oratorum Photius Iulianeo cedere dicit ab testimoniorum copia, ceterum adeo cum hoc conspirare, nt descriptum potins ab altero alterum qnam utrumque eorum singulari industria collectum videatur, uter autem alterum descripserit, sibi propterea non liquere, quod sibi non constet, uter eorum aetate prior, uter posterior sit. Mihi vero idem argumentum, quod aetati definiendae Philostrati adhibui, etiam persuadet ut Diodorum Iuliano priorem arbitrer. Neque displicet coniectura Fabricii, qui illum Diodorum non diversnm vult esse ab Valerio Diodoro Pollionis Valerii Alexandrini sophistae filio; nam non tantum pater Valerius Pollio corpns Atticarum vocum ordine litterarum dispositum adornavit, sed filius quoqne Diodorus, ut Suidas auctor est, *ἐξήγησιν τῶν ζητουμένων παρὰ τοῖς ί ῥήτορσιν* sive explicationem scripsit eorum, quae apud X oratores dubia sunt; ita certe studiorum genus non abhorret ab lexico oratorum condendo. Ea vero si placet coniectura, etiam aetatem hominis non ignoramus; nam patrem non minus qnam filium, Suidas sub Hadriano vixisse scribit, quorum utrumque simul posse verum osse et dictum est supra nequo est cur negetur. Iam vero si sub Hadriano Diodorus vixit, Diodoro autem Iulianus recentior est, hunc coniicere licet non diversnm esse ab Iuliano eo, cui ut eivi et familiari sno (*συμπολίτῃ καὶ φίλῳ*) Phrynichus illo cognomino Arabius Bithyniao sophista, qui Marco et Commodo imperantibus floruit, quartum et octavum librum sophistici apparatus inscripsit.

Iulianus igitur quod condidit lexicon *τῶν παρὰ τοῖς ί ῥήτορσι λέξεων κατὰ στοιχεῖον* sive corpus obscuriorum vocum, quae apud decem oratores reperiuntur, litterarum ordine adornatum, erat illud, testis est Photius, multorum versuum (*πολύστιχον*), enarrationes antem continebat partim nominum, quae ad caussas forenses et ad iudicia Atheniensium pertinebant (*τῶν τε παρ' Ἀθηναίοις δικῶν ἑρμηνεῦον τὰ ὀνόματα*) partim eorum, quae ad rerum memoriam spectabant, si quid eo ex genere apud oratores reperiebatur, quod esset ipsis proprium recederetque ab rerum scriptoribus (*καὶ εἴ τι καθ' ἱστορίαν ἰδιάζουσαν*

αὐτοῖς οἱ ῥήτορες παρειλήφασιν), partim denique eorum, quae nisi ex peculiari Atheniensium ritu explicari non poterant; eo enim referendum puto quod addit Photius: *ἢ κατά τι πάτριον ἔθος ἀπεχρήσαντο.* Hinc apparere dicit Photius plurimum eo libro ad oratorum lectionem et explicationem conferri.

Unus reliquus est Creon; eius *ῥητορικά*, quorum primus liber a Suida in explicatione vocum *ἐγκεκορδυλημένος*, *κιδάριον* et *φακιόλιον* in partes vocatur, non dubito ad rhetorica lexica referre, illud tamen non ausim decernere, utri generi eorum lexicorum adscribenda sint. Neque de homine ipso quidquam constat.

XI.

Ita ad ipsum Harpocrationis decem oratorum lexicon, unde digressi eramus, reversi, iam primum omnium in huius lexici aetatem sic inquiramus, ut, quas continere videatur varias tem- 60
poris notas, de his deinceps ordine et via singulatim dicamus. Incipienda autem videtur disputatio ab eorum scriptorum aetate, qui in eo glossario commemorantur. Ex his igitur pro recentissimis habendi essent Diogenianus et Athenaeus Naucratita, quorum ille sub Hadriano, hic post mortem Commodi initio tertii p. Chr. seculi floruit, nisi Diogeniani [323]) testimonium aliquis ante Gronovium (nescio enim quis fuerit) ex Suida, Athenaei [324]) autem memoriam Blancardus demum mala fraude usus intulisse videretur. Illorum utroque remoto inter scriptores, qui ab Har-

---

323) Apud Harpocr. v. *ἀειεστώ*. In fine glossae quae vulgo adduntur *ἡ λέξις παρὰ τῷ Διογενιανῷ ἐν ἀληθείας δευτέρῳ Ἀντιφῶντος* Im. Bekkerus testatur ab omnibus suis libris abesse, ut falsum oporteat Gronovium esse, qui de suo libro velut ea habeat loquitur. Apud Suidam autem tum v. *ἀειεστώ* extat *ἡ λέξις Διογενιανοῦ ἐν ἀλ. δ. τοῦ Ἀντιφ.*, tum v. *αἰεστώ* est *ἡ λέξ. παρὰ τ. Δ. ἐν ἀλ. δευτ.* Atque Diogenianum eo de vocabulo disseruisse probant gloss. Herodot. p. 343. Schweighaeus. — *Εὐεστώ — Διογενιανὸς ἄνευ τοῦ σ̄ γράφει.* 324) Quae v. *Ναΐς* in Blancardi editione leguntur, *καὶ οὐ Λαΐς, ὡς καὶ Ἀθήναιος ἐπισημαίνεται*, adeo ab codicibus omnibus abhorrent, ut Bekkerus ne digna quidem putarit, quorum absentiam commemoraret. Harpocratio *ὑποσημαίνει* dicit (veluti p. 184, 21. 140, 28. 132, 18. 139, 24. et multis aliis locis), nonnumquam etiam *ὑποφαίνει* (cf. p. 81, 8. 92, 5.), sed nusquam *ἐπισημαίνεται*.

pocratione commemorantur, recentissimi sunt Demetrius Magnes, qui Attico et Ciceroni aequalis erat, Caecilius Calactinus et Dionysius Halicarnassensis rhetores atque Lysimachides, librorum „de mensibus“ auctor, qui sub Caesare et Augusto, Didymus grammaticus et Iuba, qui sub Augusto, Strabo, qui sub Augusto et Tiberio, Dionysius Tryphonis fil. atque Apollonides Nicaeensis, qui fere sub Tiberio vixerunt; eorum Didymus plurimis locis, Demetrius Magnes quater, Lysimachides ter, Iuba, Strabo et Dionysius Tryphonis singuli bis, reliquorum singuli semel in partes vocantur. Illis non adiicio Seleucum, quod Seleuci Vitarum libri (*περὶ βίων*) ab uno, quod sciam, Harpocratione memorati mihi quidem non cum Kuestero [325]) ad Seleucum Homericum et glossographum, de quo supra [326]) dictum est, referendi, sed antiquioris Seleuci fuisse videntur. Verum quo magis pateat quibus omnino subsidiis usus sit Harpocratio, componam hic indicem scriptorum, quibus in lexico Harpocrationis testimonium denunciatur.

Itaque afferuntur ex epicis poetis Homerus Hesiodus Antimachus et incertus Danaidis scriptor [327]); ex gnomicis poetis Theognis et Solo; ex lyricis Archilochus Stesichorus Alcman Anacreon Hipponax Simonides Pindarus et, cuius aetatem ignoramus, Aeschines sive Aeschrion Sardianus [328]); ex tragicis Aeschylus Sophocles Euripides Ion Carcinus Achaeus et Euphorion; comici nonnumquam communi indice *ἡ κωμῳδία* (quater) aut *οἱ κωμικοί* (quinquies), *ἡ ἀρχαία κωμῳδία* (septies) aut *οἱ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταί* (semel) et *ἡ νεὰ κωμῳδία* (semel) appellantur; singulatim commemorantur ex antiquae comoediae poetis Cratinus Crates Pherecrates Nicomachus Teleclides Eupolis Phrynichus Plato Aristophanes Archippus Metagenes Aristomenes Strattis Theopompus Alcaeus Sannyrio Cantharus Nicophon et Apollophanes, mediae Alexis Eubulus Timocles; novae Nicostratus Diphilus Menander et Philemo.

---

325) Kuester. in Suid. v. *Σέλευκος*. 326) Cf. Commentat. VI, [supra p. 33.] 327) Welcker. episch. Cycl. p. 326. 59. 328) Hic nescio sitne distinguendus tum ab Aeschrione eo, quem Varro R. R. 1, 1. 9. et Columella commemorant, tum ab eo qui in scholiis Vatican. in Eurip. Troad. 230. affertur.

Ex oratoribus Atticis praeter decem nobiles commemorantur Aristogiton Philinus Pytheas. Ex rerum scriptoribus Acusilaus Hecataeus Hellanicus Herodotus Thucydides Xenophon Philistus Theopompus Ephorus Diyllus Anaximenes Callisthenes Marsyas Duris Samins Clitarchns et Demochares, nisi hunc, cuius *Διαλόγους* [329]) tantum Harpocratio excitat, oratoribus potius adnumerandum dicis. Ex *κτίσεων* auctoribus Dionysius Chalcidensis, qui Halicarnassensi [330]) Dionysio aliqnanto antiquior erat. Ex Atthidum scriptoribus Hellanicns Clidemus s. Clitodemus (cuius etiam *πρωτογονίας* sive primae historiae libris semel utitur) Philochorus Androtio Ister [331]) Callimachius et, qui incerta sunt aetate neque tamen infra Ptolemaei III. tempora collocandi, Melanthius et Phanodemus. Ex iis qui aliarum civitatum historias et antiquitates persecuti sunt, commemorantur Praxion et Dieuchidas incerta uterque aetate, „rerum Megaricarum", Archemachus Enboensis [332]), quo etiam Strabo utitur „rerum Euboicarum" et Aristoteles Chalcidensis libri „*περὶ Εὐβοίας*" (Suidam enim, antiquiorem illum Strabone, quem in eodem argumento elaborasse aliunde constat, Harpocratio neque commemorat nominatim neqne scio num communi comprehenderit *τῶν τὰ Εὐβοϊκὰ γραψάντων* indice, quo semel utitur v. *Ταμῦναι*), dein Nicander Colophonins, qui snb 61

329) Apud Harpocr. v. *Ἴσχανδρος* extat: *δοκεῖ δ' αὐτῷ συνυποκρινόμενος Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ ἐν Κολλυτῷ καταπεσεῖν, καθά φησι Δημοχάρης ἐν τοῖς Διαλόγοις.* Ab Demochare, qui erat Demostheni ex sorore nepos, et orationes scriptas esse aliquot et earum rerum historiam quae essent Athenis ipsius aetate gestae, Cicero Brut. 83. auctor est [Müller. fr. hist. II. p. 448.]; dialogorum hominis nemo praetera mentionem facit; eum igitur ementitus Plutarchus Vit. X. Orat. p. 249. Hutt. Aeschinem *εὔφωνον γεγονέναι δῆλον εἶναι* dicat *ἔκ τε ὧν φησι Δημοσθένης καὶ ἐκ τοῦ Δημοχάρους λόγου*, non immerito Ruhnkenius in Rutil. Lup. p. 8. Harpocrationis locum in corruptelae suspicionem adduxit. 330) Cf. Dionys. Hal. A. R. l. 72. 331) Huius Atthis Harpocrationi nunc *Ἀττικά*, nunc *Ἀτθίδες*, nunc *Ἀτθίδων συναγωγή*, vel *Ἀττικαὶ συναγωγαί*, vel uno nomine *συναγωγαί* dicuntur. 332) Archemachi *Εὐβοϊκὰ* totiens commemorantur, Athenaeo quoque et Clementi Alexandrino, ut recte Maussacus aliique nomen eius Harpocrationi v. *Ἀλόνησος* reddidisse videantur, cum, cuius nomen in libris extat, *Ἀρχέλαον* Euboica scripsisse ab nullo alio narretur.

Attalo I. natus esse, sub Attalo III. obiisse videtur [333]), „rerum Aetolicarum et Colophoniacarum", Phanodemus, cuius Atthidem iam diximus, „Deliacon", Philostephanus, de quo infra iterum dicemus, „Ἠπειρωτικῶν", Staphylus, iam Straboni memoratus, librorum „de Thessalis" et „de Aeolensibus" scriptor (Archini enim Thessalica non commemorantur). Illis vix adiiciendus est Aristides Milesius, quem, cum transscripserit quae Polemo de Dodone perscripserat, Polemone oportet posteriorem esse; credibile est enim huius „Μιλησιακοῖς" iam ab Ovidio reprehensis lascivas potius infuisse narratiunculas quam veram rerum Milesiacarum enarrationem [334]). Illis aliquanto probabilius Aristodemum Eleum sive Alexandrinum adnumeraveris, Aristarchi discipulum; huius enim et extitisse videntur Eliaca eaque indicari ab Harpocratione [335]). — Temporum ratio ubi agitur, Eratosthenis libri *περὶ χρονογραφιῶν* aut Xenagorae libri *χρόνων* commemorantur;
62 quae ab Androne Ctesicle Menecle Sosibio aliis de eodem argumento perscripta erant, non commemorantur. Quod de *περιηγήσεων* et *περίπλων* atque *περιόδων* scriptoribus, quorum historiam et artem nuper diligenter Prellerus [336]) explicavit, commemorantur ab Harpocratione nunc singulatim Hecataeus Milesius Ctesias Scylax Phileas iam Dicaearcho dictus, Eudoxus, sine dubio Cnidius, Nymphodorus Syracusanus antiquior ille Duride Samio, et Mnaseas Jatrensis Eratosthenis discipulus [337]), nunc communi titulo [338]) *οἱ τὰς περιόδους γεγραφότες*; ex illis *περίοδον* s. *γῆς*

333) Cf. quae disserui in historia regni Pergameni p. 7. not. 43. p. 14. not. 99. 334) De Aristide Milesio cf. quae accuratae doctrinae vir, Prellerus disseruit in libro „de Polemone" p. 59 sq. 335) Quae de numero Hellanodicarum Aristodemum Eleum narrasse Harpocr. v. *Ἑλλανοδίκαι* et Aristodemum perscripsisse Schol. Pind. O. III, 22. tradit, poterant sane locum habere in Pindaricis Aristodemi commentariis, de quibus audi Boeckhium disserentem Praefat. in Schol. Pindar. p. XIV.; quod hi enim propter Schol. I. I, 11. ab Alexandrino homine scripti videntur, nihil faceret ad eam sententiam refellendam, cum idem potuerit et patria Eleus esse et propter studiorum rationem Alexandrinus dici; at non minus credibile est Eliaca eundem singulari industria enarrasse. 336) Prellerus commentationem „de historia atque arte periegetarum" libro de Polemone periegetae adiecit. 337) Cf. Suid. v. *Ἐρατοσθένης*. Alii tamen locum Suidae sic acceperunt, quasi vero Mnaseas Menander et Aristis non Eratosthenis sed Aristarchi dicantur disciplinae alumni fuisse. 338) Harpocr. v. *Πέῤῥα* p. 163, 9. et cod. D. in *Γαληψός* p. 47, 13.

περίοδον Hecataeus [339]) Phileasque [340]) et Eudoxus, *περίπλουν* autem Scylax Ctesias Nymphodorus [341]) et Mnaseas scripserunt; antiquiores enim periplos Charonis Lampsaceni Damastae Democriti et recentiores Alexandri Polyhistoris Apellae Cyrenaei Marciani Apollonidae non magis commemorat Harpocratio, quam aut *γῆς περιόδῳ* Apollodori Atheniensis vel Scymni Chii vel Alexandri rhetoris cognomine *λύχνου* aut *περιηγήσει* Hermiae vel *περιηγήσει Μακεδονικῇ* Antigoni utitur. Memorat vero vanissimi et fabulosissimi scriptoris Daimachi Plataeensis, qui ut Eratosthene antiquior ita Onesicrito recentior et ab Seleuco Nicatore in Indiam legatus ad Allitrochadem filium Sandrocotti missus erat [342]), libros *περὶ Ἰνδικῆς*, memorat *διάκοσμον* i. e. *Τρωϊκὸν διακ.* Demetrii Scepsii grammatici, qui Crateti et Aristarcho aequalis, antiquior Apollodoro Atheniensi, recentior Neanthe Cyziceno erat [343]). — Ex scriptoribus *περὶ λιμένων* unus excitatur Timosthenes Rhodius nauarchus Ptolemaei II. Philadelphi; non commemoratur neque Crates Pergamenus neque Cleon Syracusius neque Timagetus; ex scriptoribus *περὶ ποταμῶν*, qui plurimi [344]) erant, unus affertur Zopyrus [345]), sine dubio is,

339) Eos Hecataei libros Harpocratio nunc *περιήγησιν*, nunc *περίοδον γῆς* dicit, nunc ubi illorum partem significat, *περιόδου Εὐρώπης* inscriptione utitur. 340) Illius Peripli pars fuerit liber cui „Asiae" inscriptum erat. 341) De Nymphodoro data opera commentatus est Ebertus Dissertatt. Sicul. p. 155 sq. Sed id, cuius caussa ei ab Harpocratione testimonium denunciatur (v. *αἰγίδας* p. 8, 4.), poterat etiam locum habere in libro *περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων.* 342) Clinton F. H. II, p. 370, m. III, 484. 343) Id. ib. T. III, p. 527. 344) Ebert. l. c. p. 165. 345) Is fortasse non diversus est neque ab Zopyro eo, cuius IV. liber *Μιλήτου κτίσεως* commemoratur ab Schol. in Hom. Il. K, 274. neque ab eo quem Marcellinus significat Vit. Thucyd. §. 32, *Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν· τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν.* Paucis interiectis sic pergit; *ἐγὼ δὲ Ζώπυρον ληρεῖν νομίζω λέγοντα τοῦτον ἐν Ἀττικῇ τετελευτηκέναι, κἂν ἀληθεύειν νομίζῃ Κράτιππος* (Malo: *Ἕρμιππος.* Hic enim in vitis quas scripsit illustrium virorum, Thucydidis etiam vitam adumbravit; cf. Marcellin. l. c. §. 18. [Eadem est coniectum F. Ritteri in Didym. Chalcent. opuscc. praef. p. 12. H.] Ea coniectura si vera est, docet Zopyrum etiam Hermippo Smyrnaeo esse antiquiorem, Hermippus autem post a. 203 a. Chr. scripsit; cf. Clinton III. p. 51. p. 518. Lozynski Hermipp. p. 4. 45. et 123.) *αὐτόν.* Distinguendum autem esse cum Zopyrum arbitror ab Dionysio Zopyro, qui in Schol. in Aristoph. Av. 1297, commemoratur.

cuius meminerat qui Sullae temporibus fuit, Alexander [346]) Polyhistor, etiam ex scriptoribus *περὶ κρηνῶν* unus nominatur isque semel, Polystephanus [347]), nisi hic quoque reponendum est „*Φιλοστέφανος*“; non commemoratur neque Asclepiades Anazarbensis, neque Callimachus, neque Dionysodorus, neque Sotion [348]) neque Strattis Olynthius neque Diogenianus neque alius quisquam
63 ex tot eiusdem generis scriptoribus. — Eorum qui de insulis commentati sunt, soli in partes vocantur Philostephanus Cyrenaeus, Callimachi discipulus et Xenagoras atque Semus; sed Philostephani commentarius ab aliis ad Heraclidem Ponticum referebatur [349]); Xenagorae, cuius iam Dionysius meminit Halicarnassensis (A. R. I, 72.), praeter libros de insulis Harpocratio etiam „*Χρόνων*“ libros commemorat [350]); Semus semel v. *Ἑκάτης νῆσος* excitatur *ἐν τῇ ά* non addito libri titulo, neque tamen dubito quin Semi Delii grammatici *Νησιὰς* significetur, cuius scimus duntaxat tres fuisse libros [351]). — Ex iis, qui de pagis

---

346) Stephan. Byz. v. *Ἀφροδισιάς*. 347) Harpocr. v. *λουτροφόρος*. 348) Sotion scripsit *περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν*. Hinc vide sitne apud Suid. v. *Στράττις* pro *περὶ ποταμῶν καὶ κρημνῶν καὶ λιμνῶν* reponendum *κρηνῶν*. [Probavit Bernhardyus.] Eadem discrepantia scripturae reperitur etiam v. *Διογενειανός*, quem scripsisse dicit Suidas *περὶ ποταμῶν λιμνῶν κρηνῶν ὀρῶν ἀκρωρειῶν*. nam illic quoque codd. aliquot *κρημνῶν*. 349) Docent id Harpocr. v. *Στρύμη*. — *Ἡρακλείδης ἢ Φιλοστέφανος ἐν τῷ περὶ νήσων* et Steph. Byz. v. *Ὠλίαρος. νῆσος τῶν Κυκλάδων μία, περὶ ἧς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ νήσων*. Philostephanus *περὶ νήσων* excitatur etiam ab Constantino de Thematib. ap. Siebelis. Phanodem. p. 70. *Κύπρος ἐκλήθη — ὡς Φιλοστέφανος ἐν τῷ περὶ νήσων*. Praeter hunc de insulis commentarium scripsit Philostephanus *περὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ πόλεων* et *περὶ τῶν παραδόξων ποταμῶν*, quorum utrumque aliquotiens ab Athenaeo excitatur, atque, nisi mea me fefellit quam supra proposui coniectura, etiam *περὶ κρηνῶν*; reliqua ut „Delium“ et eos libros, qui ad rerum gestarum memoriam pertinebant, consulto praetereo. 350) De his aliisque Xenagorae libris cf. Clinton F. H. III, 566. 251) De Semo cf. Suid. s. [Meincke philol. exercit. in Athenaeum I. p. 11. Müller. fr. hist. IV. p. 492.] Tertius liber *τῶν περὶ νησιάδος* excitatur ab schol. Apoll. Rhod. I, 1165., eorundem secundus liber ab Athenaeo III, 123. d. Ceterum quae ex Semo narrat Harp., ea poterant etiam in huius *Δηλιάδι* sive *Δηλιακοῖς* extare, quae octo librorum fuisse ex Suida constat; sed quae Suid. et Phot. v. *Πράμνιος* narrari tradunt ab Semo *ἐν τρίτῃ*, Nesiados fuerint.

Atticis scripserunt, in partes vocantur Nicander Thyatirenus et Diodorus periegeta, uterque incerta quidem aetate, sed illum, quem iam inter scriptores „Atticarum vocum“ supra nominavimus [352]), Pergameni Cratetis temporibus proximum fuisse, id est fere post annum CL. p. Chr. vixisse credibile est; Diodorum autem quamquam non credimus cum Ahrensio [353]) XII tribubus apud Athenienses receptis antiquiorem fuisse, ita tamen Plutarchus et Athenaeus commemorant, ut eum satis antiquum esse appareat; illum Harpocratio bis tantum, Diodorum vero in omnibus fere pagorum nominibus explicandis ad testimonium dicendum adesse iubet, quotquot post Ἕρμος leguntur; nam in iis pagorum nominibus, quae ex ordine litterarum ante illam vocem extant, neque hic neque alius quisquam ex chorographis advocatur, id quod non minus memorabile est, quam quod pagorum nominibus illustrandis numquam ab Harpocratione Polemonis liber adhibitus est, quo ille ἀνέγραψε τοὺς ἐπωνύμους τῶν δήμων καὶ φυλῶν. — Ubi ipsa Athenarum urbs agitur, non Telephanes [354]) περὶ τοῦ ἄστεος, non auctor [355]) ὁρισμῶν τῆς πόλεως advocatur, sed aut Staphyli [356]) Naucratitae liber περὶ Ἀθηνῶν, aut is commentarius qui quod ab aliis ad Meneclem ab aliis ad Callistratum referebatur, quotiens excitatur totiens Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος

352) Cf. Comm. VI, 3. p. 38. 353) Ahrensius, qui suam coniecturam Prellero probavit (de Polemon. p. 170.), eo uno nititur argumento, quod neque ab Harpocrationo neque ab aliis, quorum de demis Atticis notationes maximam partem ex Diodoro derivatae sint, novae tribus commemorantur; id vero argumentum si vel maxime verum est, nullam tamen habet persuadendi vim; ut enim infuerint in Diodoro plurima, quae ad tribus recens additas spectarint, Harpocrationi tamen caussae nihil erat, cur eorum quidquam ad se derivaret; namque decem oratores quibus explicandis eius lexicon conditum est, XII tribus nec viderant neque in orationibus meminisse poterant. Nihilominus Prellerus p. 175. eodem utitur argumento ut Nicandrum quoque Thyatirenum ante XII tribus constitutas scripsisse probet. Ceterum haud scio an cum libris Diodori de pagis eiusdem commentarii περὶ μνημάτων fuerint coniuncti, qui aliquotiens a Plutarcho commemorantur. Cf. Ruhnk. hist. cr. orat. gr. pag. 162. [Müller fragm. hist. II. pag. 353.] 354) Athen. XIV, 614. e. 355) Schol. Aristoph. Av. 990. 356) Huius etiam libros περὶ Αἰολέων et περὶ Θετταλῶν ab Harpocratione commemorari supra p. 154. dixi. Cf. Voss. de histor. graec. p. 416.

aut inverso ordine *Καλλ. ἢ Μεν. περὶ Ἀθηνῶν* vocatur [357]);
64 arcis Athenarum caussa nunc Heliodorus Atheniensis periegeta *περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως* nunc Polemo *ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀκροπόλεως* testis citatur; illius aetas incerta [358]) est, commentarius autem de arce Athenarum libris XV constitit, id quod ex Athenaeo scimus, et cum libris „de anathematis Atheniensium“ quos Plinius maior, et cum libris „*περὶ τῶν Ἀθήνησι τριπόδων*“, quos Harpocratio commemorat, arctius coniunctus fuisse videtur; Polemonis, qui cum domo Iliensis esset, Atticam civitatem, qua eum donatum esse Suidas auctor est, fortasse [359]) industria meruit, qua Atticas antiquitates enarraverat, florebat autem sub Ptolemaeo Epiphane (regnavit hic ab a. 205—181 a. Chr.), Polemonis igitur non tantum libri de arce, sed liber etiam „*περὶ τῶν ἐν τοῖς προπυλαίοις πινάκων*“, quae fortasse illorum particula erat, et commentarius „de via sacra“ ab Harpocratione adhibentur. — Ex multis, qui de Alexandria commentati erant, unus Callixenus Rhodius [360]) *περὶ Ἀλεξαν-*

---

357) Menecles, id quod iam Vossio de histor. graec. p. 387. aliisque [Müller fr. hist. IV. p. 448.] placuit, sine dubio Barcaeus est, cuius „Collectanea“ sive *Συναγωγὴν* ex Athenaeo novimus. Callistrati nomen incertius est, quia ubicumque illius libri memoria extat, discrepantia scripturae *Καλλικράτης* vel *Καλλιστράτης* reperitur; cf. supra Comment. VI, 2. p. 28. Apud Harp. v. *Ἑρμαῖ* extat quidem *Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἀθηναίων*, idque cum etiam apud Suidam et Photium s. v. reperiatur non nudius tertius invectum videtur; non potest tamen dubitari, quin *Ἀθηνῶν* illis omnibus reddendum sit, quo nomine is liber et Harpocrationi p. 67, 21. et 109, 22. et schol. Aristoph. Av. 395. dicitur. 358) Quod Athen. II, 45. c. scribit *Ἡλιόδωρος δέ φησι τὸν Ἐπιφανῆ Ἀντίοχον — τὴν κρήνην τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ κεράσαι οἴνῳ*, id ad Heliodorum Atheniensem pertinere, ideoque hunc oportere posteriorem esse Antiocho Epiphane qui a. 164. p. Chr. vita excesserit, neque Ritschelio (Die alexandrin. Bibliothek p. 138.) constitit, neque mihi constat, quamquam secus iudicat Prellerus de Polemone p. 172. 359) Polemonem quod Heraclides Mopseata (ap. Athen. VI, 234, d.) etiam Samium et Sicyonium et ex aliarum quoque civitatium nominibus appellat, Prellerus p. 12. eo rettulit, „quod libros suos modo ex hac modo ex illa civitate in lucem emisisset idque in titulis librorum — significasset;“ ego eo potius referendum arbitror, quod fortasse in illarum quoque urbium antiquitatibus plurimum operae posuerit eiusque industriae nomine civitate ab illis donatus sit, ut hieronicae ab multis simul urbibus civitate donari solebant. 360) Cf. Preller. de Polem. p. 178.

δρείας testis citatur, qui libri qua fuerint diligentia, ex Athenaeo apparet.

Ex vitarum scriptoribus, quamquam multi, imprimis Peripatetici, eo in genere elaboraverunt, ab Harpocratione tamen pauci iique admodum raro commemorantur; semel enim Seleucus *περὶ βίων β'*, quem 361) supra dixi mihi quidem videri antiquiorem esse Seleuco glossographo et Homerico, Augusteae aetatis grammatico, semel Glaucus 362), bis Hermippus 363) Smyrnaeus Callimachius testis citatur; quae autem Megacles, quae Neanthes, quae Amphicrates, quae alii *περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν* scripserunt, iis non utitur Harpocratio, etsi libros Neanthis *περὶ τελετῶν* affert. — De scortis Atheniensium ubi agitur, Aristophanis Byzantii *περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων* et Callistrati Aristophanei *περὶ ἑταιρῶν* atque Ammonii Lamptrensis *περὶ τῶν Ἀθήνησι ἑταιρίδων*, quamquam aliis illorum scriptorum libris non raro testimonium denunciat, non magis tamen utitur quam Gorgiae Atheniensis commentario *περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων* s. *ἑταιρῶν*, qui post Aristophanem scriptus est, sed solos adhibet Antiphanem *τὸν νεώτερον* et Apollodorum Atheniensem 364). — Ex iis qui de vitis artificum vel de historia artium scripserunt, testes citantur Artemon *περὶ ζωγράφων* et Iuba *περὶ ζωγράφων* et *περὶ γραφικῆς*; non commemoratur neque Antigoni liber *περὶ ζωγράφων*, neque Adaei *περὶ ἀγαλματοποιῶν*, nec Polemonis *πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον*, neque quae Apelles, quae Protogenes, quae Pamphilus pictores *περὶ γραφικῆς*, aut

361) Cf. p. 125. 362) Glaucus, quem Harpocr. v. *Μουσαῖος* de Musaeo scripsisse dicit, fuerit Rheginus, auctor libri *περὶ ἀρχαίων ποιητῶν καὶ μουσικῶν*, quem librum erant qui ad Antiphontem referrent; cf. Richter. de Aeschyli Sophocl. et Euripid. interpretib. graec. p. 39. [Müller fr. hist. II. p. 23.]. 363) Hermippum semel quidem v. *Ἰσαῖος* nominat addito libri titulo *περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν*, sed etiam quae v. *Εὐθίας* ab Hermippo narrari dicit, ad eandem partem vasti operis pertinuerint, quo Hermippus *περὶ τῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν* scripsit. 364) Antiphanes ille quis fuerit et qua aetate vixerit nescio; cf. Meineke hist. cr. com. gr. p. 340. Librum eius Harp. v. *Ἀντίκυρα* et *Νάννιον* appellat *περὶ τῶν ἑταιρῶν*; Athenaeus accuratius *περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων*. Apollodori librum ille p. 130, 13. v. *Νάννιον* breviter *περὶ ἑταιρῶν*, p. 180, 16. autem v. *Φανοστράτη* accuratius cum Athen. *περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρῶν* dicit.

quae Melanthius pictor περὶ ζωγραφικῆς, vel Duris περὶ ζωγραφίας, vel Pamphilus περὶ ζωγράφων ἐνδόξων vel alii de eodem argumento perscripserunt.

Ex fabulosae historiae scriptoribus soli commemorantur Amphitheus περὶ Ἡρακλέους (modo vera sit ea scriptura [365]), nam in aliis libris est περὶ Ἡρακλείας) et Palaephatus Τρωϊκῶν [366]) ζ' et θ'; Suidas autem cum Palaephatos quattuor percenseat, Troica ad Palaephatum grammaticum refert, quem Aegyptium dicit vel Atheniensem fuisse, qua autem vixerit aetate non definit, eadem autem addit ab aliis ad Palaeph. Parium referri, qui Artaxerxis temporibus vixerit, ab aliis ad P. Atheniensem, quo nomine sine dubio poetam epicum significavit. Eodem fortasse referendi sunt Andronis [367]) Συγγενειῶν libri, quippe qui ad fabulosas heroum necessitudines pertinuisse videantur atque ad γενεαλογίας proxime accessisse. — Ex scriptoribus de diis, qui etiam sacros ritus et religionum antiquitates et festorum sollemnia explicarunt, non commemoratur Seleucus [368]) περὶ θεῶν, commemorantur Cleanthes, sine dubio philosophus, qui Zenoni in stoica familia successit Ol. 129, 1. a. Chr. 263, περὶ θεῶν, et Apollodorus Atheniensis, Chronicorum et Bibliothecae auctor, περὶ θεῶν [369]), cuius aetas [370]) eo fere definitur, quod Aristarchum grammaticum Diogenem Babylonium et Panaetium stoicos audivit, Attalo autem II, qui Ol. 166, 2 a. Chr. 138 vita excessit, Chronica inscripsit, quae in a. Chr. 145 desierunt, denique in Bibliotheca memorat Castoris librum cui „χρονικὰ ἀγνοήματα“ inscriptum erat, Castor autem Caesaris vidit principatum. Commemorantur etiam Istri libri τῶν Ἀπόλλωνος ἐπιφανειῶν eiusdemque Ἄτακτα sive Miscellanea,

365) Harp. 165, 3. v. Σαβοί. 366) Neque enim mihi persuasit Eckstein ius meus in Hal. Encycl. Art. III, 9, 337, quod Troicis vult geographiam et historiam Asiae minoris imprimis borealis orae esse illustratam. 367) Harp. p. 182, 11. v. Φορβαντεῖον — Ἄνδρων συγγενειῶν ή. Schol. Apollon. 1, 45. Ἄνδρων ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν συγγενειῶν. Eos libros Vossius de hist. gr. 321. ad Halicarnassensem, alii ad Teium Andronem rettulerunt [Müller fr. hist. II. p. 346.]. 368) Commemorantur ab Suid. v. ὑδροφόρια. 369) Fragmenta composuit Heynius p. 387—403. [Müller I. p. 408.]. 370) Cf. Clinton F. H. III, 546.

quae etiam ipsa videntur religionibus explicandis nonnihil tribuisse [371]). — Ex scriptoribus qui aut religiones interpretati aut de sacrificiis, de aris et de festis diebus commentati sunt, memorantur praeter exegetica Autoclidis et Clidemi, de quibus iam supra [372]) dictum est, Demon *περὶ θυσιῶν* et Philochorus [373]) *περὶ ἑορτῶν* (utriusque et Demonis et Philochori Atthidas ab Harpocratione advocari paullo ante diximus), tum 66
Ammonius Lamptrensis [374]) *περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν* et Lysimachides, aequalis ille sine dubio Caecilii Calactini, *περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑορτῶν καὶ μηνῶν* [375]), dein Apollonius Acharnensis, incertae aetatis sed satis antiquus scriptor *περὶ τῶν Ἀθήνησιν*

371) Probatur id schol. Sophocl. Oed. Col. 1051. Hinc quae eiusdem argumenti ex Istro non adiecta libri inscriptione ab iisdem scholiis in v. 42. 681. 701. afferuntur haud scio sintne omnia ex „Miscellaneis" petita. 372) supra p. 37. 373) Cum Suid. v. *Φιλόχορος* Philochori librum *περὶ ἑορτῶν* non memoret, memoret autem eiusdem singularem librum *περὶ θυσιῶν*, credibile est eum librum fuisse „*περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν*" inscriptum; at vero neque Demonis nec Philochori liber ad alia sive sacrificia sive sollemnia quam ad Attica pertinuisse videtur, ideoquo quamquam ap. Harp. v. *προκώνια* 158, 16. tantum *Δήμων ἐν τῷ περὶ θυσιῶν* et v. *χύτροι* p. 186, 11. tantum *Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν* extat (nam v. *Ἀλῶα* p. 13, 12. reliqui libri habent solum *Φιλόχορος*, unus K addit *περὶ τῶν ἑορτῶν*), coniici tamen potest ipsorum librorum inscriptiones non caruisse additamento „*Ἀθήνησι.*" Quod si vere coniectavimus, porro statuere licet Philochori librum *περὶ μυστηρίων τῶν Ἀθήνησι* illius maioris operis partem fuisse. 374) Ammonium hunc Lamptrensem fuisse apparet ex Ammon. de differ. v. *βωμός* p. 32. Valck. (nam hic pro *Ἀμμώνιος ὁ Λαμπριεὺς ἐν πρώτῳ περὶ θυσιῶν* Valck. rescripsit *Λαμπρεὺς*, ego repono *Λαμπτρεύς*) et ex schol. Max. Planud. in Hermog. p. 407. Ald. T. V. p. 533. Walz. quocum fere conspirat Schol. Ioann. Siceliot. T. VI. p. 393. Walz. *καὶ τὰ περὶ τῆς περιστερᾶς ὅτι ἐπὶ Θεμιστοκλέους τριήρους ἐφάνη, ὅθεν καὶ μετὰ τὴν νίκην Ἀπάρχου Ἀφροδίτης ἱερὸν ἱδρύσατο ἐν Πειραιεῖ, ὡς Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεὺς ἐν τῷ περὶ βωμῶν φησιν.* Integer titulus *περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν* extat ap. Athen. XI, 476, f. et ap. Harp. v. *Ἀμαζόνιον* p. 14, 2.; brevior *περὶ βωμῶν* ib. v. *ἐσχάρα* p. 87, 15. v. *θόλος* p. 98, 20. et ap. schol. Hermog. l. c., brevior *περὶ θυσιῶν* ap. Ammon. l. c. Nomen viri reposuit Valck. (fragm. Eurip. p. 66.) etiam ap. Harp. v. *Ἑκατομβαιὼν* p. 67, 6.; pro monstroso enim *ὁ τοῦ Ἀμφίωνός* (al. *Ἀφίωνος* al. *Ἀμφίονος*) *φησι* rescripsit *ὁ γοῦν Ἀμμώνιός φησι.* 375) Cf. quae diximus Commentat. Andocid. IV. [Vol. I. p. 130.] Eundem librum significat schol. Sophocl. Oed. Col. 56.

ἑορτῶν[376]), Arignote Pythagorica, quae Pythagorae vel filia vel discipula putabatur, *περὶ τελετῶν* (quamquam neque hunc neque alios qui eius sub nomine circumferebantur libri atque ab Clemente Alexandrino et Suida percensentur, recte[377]) ad eam relatos esse arbitror) atque Neanthes[378]) Cyzicenus, cuius tempora satis definita sunt duabus notis, quod Philiscum audivit Isocrateae disciplinae alumnum et Attali I. vitam enarravit, qui regnare coeperat Ol. 134, 4 a. Chr. 197., denique Callimachus *περὶ ἀγώνων*; Cratetis[379]) autem Atheniensis, cuius *ἱεροποιΐας*, si eius erant, certe ex Seleuco novit, librum tamen *περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν* non magis commemorat quam aut Abronis[380]) exegetae (erat hic Calliae nescio cuius filius, sed sine dubio ex celeberrima illa Calliarum daduchorum familia, pago Batensis) *περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν*, quem librum etiam ipsum credibile est ad sola Atheniensium sacrificia spectasse, aut Andronis librum *περὶ θυσιῶν πρὸς Φίλιππον* Apollonio (Hist. Mirab. c. 8.) commemoratum, aut Philochori *περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀγώνων*, aut Theophrasti vel Dicaearchi vel Duridis Samii vel Cleophanis vel

376) Harp. v. *Χαλκεῖα* p. 183, 21. habet omisso libri titulo *ὥς φησιν Ἀπολλώνιος ὁ Ἀχαρνεύς*, v. *πέλανος* p. 149, 22. breviorem praebet illius inscriptionem *Ἀπολ. ὁ Ἀχ. ἐν τῷ περὶ τῶν ἑορτῶν*, ampliorem v. *Πυανόψια* p. 162, 1. *Ἀπολλώνιος καὶ σχεδὸν πάντες οἱ περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑορτῶν γεγραφότες.* Is liber significatur etiam ab Suid. et Phot. v. *ὑδροφόρια* et ab Schol. Arist. Nub. 408. 377) Referebantur ad Arignoten *Βακχικά*, *περὶ τῶν Δήμητρος μυστηρίων*, *τελεταὶ Διονύσου*. Cf. Menag. in Diog. Laert. VIII, 7. Lobeck. Aglaoph. p. 359. Lobeckius in Harp. v. *νεβρίζων* olim propter articulum *Ἀριγνώτη ἐν τῷ τῶν τελετῶν* addendum putaverat *Διονύσου*; cum retractaverit sententiam, postquam articulum in uno tantum extare libro, ab reliquis omnibus abesse cognovit. 378) De Neanthe cf. Clinton. F. H. III, p. 509. Marquardt. Cyzic. p. 164 sqq. Preller. de Polemon p. 95. [Mueller. fragm. hist. III. p. 2.] Neque vero praestiterim, quae Harpocr. v. *Ἄττης* ab Neanthe de Atte mystico tradita esse dicit, in iis libris extitisse, quos Athenaeus nunc *περὶ τελετῆς* nunc *περὶ τελετῶν* dicit, immo concedo potuisse illa non inepte etiam in Neanthis *τοῖς κατὰ πόλιν μυθικοῖς* legi. 379) Crates ille Atheniensis fortasse non diversus erat ab eo, qui Polemoni in Academia successit et *περὶ κωμῳδίας* scripsit. Librum de sacrificiis testem citant Suid. v. *εἰρεσιώνη* et v. *Κυνήειος*, Phot. v. *Κυνειος*, Schol. Aristoph. Eq. 742, Schol. Soph. Oed. Col. 100. [Mueller. fr. hist. IV. p. 369.]. 380) Stephan. Byz. v. *Βατή*. [Accuratius de iis scriptoribus disputavit Meinek. phil. exerc. in Athen. I. p. 35. II. p. 10.].

Theodori Hierapolitae *περὶ ἀγώνων*. — Ex iis, qui inscriptionum corpus quoddam condiderunt, ab Harpocratione unius affertur Crateri *ψηφισμάτων συναγωγή* sive *ψηφίσματα* sive *περὶ ψηφισμάτων*, nam breviore titulo saepius utitur lexicographus quam illo productiore; ea autem synagoge ad Attica tantum decreta pertinuisse neque vero plebiscitorum tantum et senatus consultorum verba rettulisse, sed ad illorum auctoritatem etiam rerum gestarum enarrationom revocasse videtur; fuisse eum Craterum fratrem Antigoni Gonatae, qui regnare coepisset Ol. 67
124, 2. a. Chr. 283. decessisset Ol. 135, 2. a. Chr. 239. id quod coniecit Niebuhrius, neque adfirmare neque negare audeo [381]).

Ex philosophis atque ex scriptoribus de re publica afferuntur Solon, Critias, Aeschines Socraticus, Xenophon, Plato, Aristoteles, Demetrius Phalerensis, Theophrastus, Cleanthes et Eratosthenes (qui enim huius excitantur libri *περὶ ἀγαθῶν καὶ καλῶν* ad moralem philosophiam pertinent); ubi respublica Atheniensium agitur, plerumque Aristotelis *πολιτεία Ἀθηναίων* advocatur, cuius etiam *πολιτείαις Ἀρκάδων, Ἠλείων, Θετταλῶν, Κυθνίων, Κυπρίων, Λακεδαιμονίων, Μασσαλιωτῶν, Ὀπουντίων* et *Πελληνέων* utitur: ubi legum spectatur explicatio, non raro Theophrasti libri *περὶ νόμων* testes citantur. — De Gentibus Atticis duo commemorantur scriptores, Melito *περὶ τῶν Ἀθήνησι γενῶν* et Draco *περὶ γενῶν*, nam huius quoque liber ad solas Atticas gentes pertinuisse videtur; utriusque aetas incerta est, sed hunc non esse Stratonicensem, quem secundo p. Chr. saeculo adscribunt, et Stratonicensis industria in longe aliis grammaticae doctrinae partibus versata probat et multo etiam magis temporum ratio efficit atque aetas reliquorum, quorum testimoniis Harpocratio utitur. Semel Georgicos i. e. *γεωργικὸς λόγος* sive de agricultura liber excitatur, idque sic ut eum alios ad Androtionem alios ad Philippum retulisse appareat; ab aliis eundem Hegemoni adscriptum esse Athenaeus docet; horum Androtio idem esse videtur quem inter graecos rei rusticae scriptores Varro et Columella commemorant [382]).

381) Cf. Boeckh. Praef. in Corp. Inscr. Gr. T. I. p. VIII sq. Niebuhr. Opusc. I. 225 sq. [Müller fr. hist. II. p. 617.]. 382) Harpocr. v. *σταφυλοβολεῖον· ὡς Ἀνδροτίων ἢ Φίλιππος ἐν γεωργικῷ.*

Paroemiarum ubi agitur explicatio, semel [383]) Theophrasti singulari παροιμιῶν libro, semel [384]) magno περὶ παροιμιῶν opere Demonis eiusdem, quem iam et inter Atthidum et inter sacrificiorum scriptores memoravimus, semel [385]) Aristophane Byzantio utitur, qui proverbia ἔμμετρα duobus, quattuor libris ἄμετρα exposuit, semel fortasse [386]) Aristoteli philosopho, abs quo singularem proverbiorum librum editum esse constat, eius rei nomine testimonium denunciat (nam locus vitium contraxit), Didymi [387]) autem duas proverbiorum enarrationes ita affert, ut in medio relinquatur, hae extiterintne in commentariis quibus ille Lycurgum et Demosthenem explicavit, an petitae sint ex XIII libris eius de paroemiis, quibus inscripserat πρὸς τοὺς περὶ τῶν παροιμιῶν συντεταχότας, quinque ergo paroemiarum caussa quinque extitantur proverbiorum scriptores, quattuor reliquis proverbiis, quae, quod sciam, sola praeterea ab Harpocratione afferuntur, nemo omnino veterum enarratorum adhibetur; magis igitur mirere paroemiarum tot esse adhibitos scriptores quam tot esse neglectos [388]).

De reliquis grammaticae doctrinae partibus atque de litteratorum hominum eruditione, ab Harpocratione commemorantur Callimachus [389]), Lynceus Samius [390]), Duridis rerum scriptoris

---

Athen. III, 75, d. Ἀνδροτίων ἢ Ἡγήμων ἐν τῷ Γεωργικῷ. Sed vulgo Androtionis dictum esse eum librum probant Athen. III, 82, e. Ἀνδροτίων ἐν τῷ Γεωργικῷ et Schol. Aristoph. Pac. 1162. ὡς ἱστορεῖ Ἀ. ἐ. τ. Γ. Cf. Varr. I, 1, 8. Colum. I, 1, 10. 383) Harp. p. 36, 15. v. ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. 384) Id. p. 103, 3. v. Μυσῶν λείαν. cf. Schneidewin. Praef. in Paroemiogr. p. VIII. 385) Harpocr. p. 85, 14. v. ἔργα νέων. 386) Cf. Harp. 36, 15. v. ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι et Schneidewin. l. c. p. III. 387) Harp. p. 176, 19. v. τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται. p. 151, 11. περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς. Schneidewin. p. XIV. 388) Accurate de proverbiorum scriptoribus disseruit Schneidewinus Praef. in Paroemiogr. 389) Callimachi semel libri περὶ ἀγώνων p. 10, 9. semel eius ὑπομνήματα p. 9, 17. commemorantur; tribus locis, quibus solum Callimachi nomen extat, non additur libri titulus vv. ἐνεπίσκημμα, Ἴων et Μαργίτης p. 72, 13. 103, 15. 123, 23. nobilissimi πίνακες significantur. 390) Semel ab Harp. memoratur Λυγκεὺς ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς p. 100, 24. v. ἰθύφαλλοι. Erant illae epistolae ad familiares scriptae, veluti ad Apollodorum, ad Diagoram, ad Hippolochum, ad alios, ab argumento autem δειπνητικαὶ sive epulares (Athen. IV, 128, a.); praeterquam enim quod coenas quasdam nobiliores regum describebant, etiam ritus conviviorum et

frater et Theophrasti discipulus, Eratosthenes [391]), Aristophanes [392]), Callistratus [393]) et Artemidorus [394]) Aristophanei, Aristarchus [395]), Crates [396]), Herodicus [397]), Cratetis discipulus, *κωμῳδουμένων* et Asclepiades [398]) *τραγῳδουμένων* scriptor (Demarati [399]) enim *τραγῳδουμένοις* aut Harmodii [400]) *κωμῳδουμένοις* non utitur), Demetrius Scepsius [401]), cuius *Τρωϊκὸν διάκοσμον* iam supra inter geographiae scriptores memoravimus, Demetrius 68

glossas *ὀψαρτυτικὰς* exponebant. Id fragmenta docent, quae composuit Clinton F. H. III, p. 398. [Müller fragm. hist. II. p. 466.] 391) Eratosthenis ab Harp. praeter libros *περὶ χρονογραφιῶν* et *περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν*, quos utrosque iam nominavimus, commemorantur libri *περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας* et *περὶ κωμῳδίας*. 392) Aristophanes grammaticus bis testis citatur non addito libri titulo, sed semel p. 85. v. *ἔργα νέων* paroemiarum *ἐμμέτρων*, semel p. 158, 13. v. *προκώνια* glossarum Atticarum libri significantur, 393) Callistrati ter *περὶ Ἀθηνῶν* libri afferuntur, de quibus supra dictum est not. 357, semel v. *ἁπλᾶς* p. 26, 5. ubi nulla adiecta est libri inscriptio, eius aut *Συμμίκτων* sive Miscellaneorum libri significantur, quibus ille glossas exposuit, aut Commentarii, quos multos scripsit in multos scriptores. 394) Artemidorus semel p. 47, 23. v. *Γάνος* testis citatur, ubi Artemidori Ephesii *Γεωγραφίαι* s. *Γεωγραφούμενα* significantur. 395) Aristarchus ter in partes vocatur v. *δερμηστής* p. 54, 25. ubi quos in Sophoclem, v. *διεκωδώνισε* p. 61, 7. ubi quos in Euripidem scripsit commentarios (Richter de Aeschyl. Soph. Eur. interpr. graec. p. 75 sq.) significari videntur; quae autem eius explicatio v. *ὀξυθύμια* p. 138, 8. affertur, non audeo definire ubi extiterit. 396) Cratetis quae affertur explicatio v. *προκώνια* p. 158, 14. petita videtur ex libris *τῆς Ἀττικῆς λέξεως* s. *διαλέκτου*. Quae autem v. *Ὁμηρίδαι* p. 137, 15. commemorantur Cratetis *ἱεροποιΐαι*, fortasse non erant Pergameni grammatici sed Atheniensis antiquioris; cf. not. 379. 397) Cf. Meineke hist. crit. p. 13. 398) Asclepiadae nomen cum pluribus fuerit grammaticis, Prellerus de Polemon. p. 7. quattuor distinguit, Tragiliensem, qui Epaminondae aequalis fuerit, Myrleanum, qui Apollonii Rhodii discipulus sub Attalo et Eumene (id est Attalo I et Eumene II) idque, ut videtur, Pergami vixerit (alioquin enim eius aetas non ex Pergamenorum regum temporibus ab Suida notaretur), tertium Alexandrinum, quartum Smyrnaeum. *Τραγῳδούμενα* Werferus ad Tragiliensem rettulit eorumque reliquias sub huius nomine edidit in Act. Philolog. Monac. II, 491—554. [Cf. etiam Vater. in Eurip. Rhes. 882. et Mueller. fr. hist. III. p. 301.], equidem malo ad Myrleanum referre. 399) Commemoratur ab Clement. Alex. Protreptic. p.27, e. 400) Commemoratur in schol. Aristoph. Vesp. 1231, si sanum ibi nomen est; cf. Otto Schneider de scholior. in Aristoph. fontib. p. 93. 401) Cf. supr. not. 340. Strab. XIII, p. 609. Erat autem Demetrius diacosmo potissimum Troico edito ita nobilitatus, ut ab Strabone haud raro Scepsii solo nomine

Magnes [402]) qui Ciceroni et Attico aequalis atque, si vera est coniectura Clintoni, etiam Ol. 142, 4. a. Chr. 49. superstes erat aut certe paullo ante demum vita excessit. Cum his coniungimus Nicanorem [403]), qui de mutatis nominibus scripsit (*τὸν περὶ μετονομασιῶν γεγραφότα*), quem etsi ignoramus quis fuerit, certum est esse ab Nicanore Hermiae F. Alexandrino grammatico, qui sub Hadriano floruerit, distinguendum. Semel Harpocratio Apollonidae [404]) Nicaeensi Tiberii Caesaris aequali testimonium denunciat, ut Ionis Chii *τριαγμὸν* etiam plurali numero *τριαγμοὺς* dici comprobet, neque vero addit, quo in libro illud docuerit. Ter communi indice *οἱ γλωσσογράφοι* in partes vocantur, nominatim autem appellantur Clitarchus *ὁ γλωσσογράφος*, Timachides Rhodius et Nicander Thyatirenus *ἐξηγητικοῖς Ἀττικῆς διαλέκτου*; nonnumquam verborum explicationis caussa aut Eratosthenis [405]) libri de antiqua comoedia, aut Aristophanes Byzantius aut Calli-
69 stratus aut Crates aut Heracleon, nemo autem frequentius advocatur quam Didymus; huius enim non tantum aperte commemorantur tum commentarii, quos in Isaeum, quos in Demosthenem, quos in Hyperidem scripsit, tum libri tragicae dictionis atque libri *τῆς ἀπορουμένης* (p. 55, 2.) sive de verbis dubiae interpretationis et libellus de *δεκατεῦσαι* verbo (p. 54, 5.), sed significantur etiam commentarii, quibus ille et Lysiam et Isocratem et Aeschinem et Lycurgum et Dinarchum enarravit [406]); paucae admodum explicationes Didymi ab Harpocratione afferuntur, quae

significetur. Num praeter illum etiam aliquid aliud ediderit, non constat; poterat sane Diacosmus ita esse comparatus, ea quoque ut caperet, quae Harp. v. *Ἀδράστεια* de Diana Adrastea et v. *Ἴων* de Ionis tragici *τριαγμοῖς* ab Scepsio tradi dicit non addita libri, quo ea tradantur, significatione. 402) De Demetrio Magnesio diximus iam Comm. Andoc. IV. p. 133.; de eius aetate cf. Clinton. F. H. III, p. 189, 199, de eius libris id. p. 544. Erat autem, ni fallor, unum eius opus, sed bipartitum; huius pars altera fuerit *περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων*, quae a plerisque breviore titulo *περὶ τῶν ὁμωνύμων* aut *ἐν τοῖς ἐπωνύμοις* dicitur; altera *περὶ τῶν συνωνύμων πόλεων*. Hanc partem Harp. etiam v. *Ἀκή* p. 9, 18, significat. 403) Hunc semel memorat v. *Ἀκή* p. 9, 16. 404) Clinton. l. c. p. 555. Apollonidem scimus esse et in syllos et in Demosthenis orationem de ementita legatione commentatum atque de proverbiis scripsisse; sed in nullo illorum commentariorum id extiterit, quod interposita Apollonidae fide Harpocratio commemorat. 405) Cf. p. 53, 6. *δεκάζων* et p. 125, 8. v. *μεῖον*. 406) Iis, quae Prooem. in Mid. orat. p. XV. scripsi,

in comico potius lexico quam in illis commentariis extitisse videntur [407]).

Ex iis, quae hactenus disputavimus, apertum est eorum, quibus Harpocratio denunciet testimonium, neminem omnino esse quem certo constet post Tiberii tempora vixisse, atque ipsum Tiberii imperium tres modo vidisse Strabonem, Dionysium Gryphonis F. et Apollonidem Nicaeensem; ex tot autem nobilibus grammaticis, qui Hadriani aetatem ornarint, neminem ab Harpocratione advocari, non Apollonium, non Herodianum, non Ael. Dionysium, non Pausaniam, denique ne unum quidem Atticistarum. Credibile est igitur huius lexici fundamenta Augusto imperante iacta et postea demum ab docto aliquo lectore Apollonidae et Dionysii testimonia adiecta esse. Quod si verum est, fuerit illius lexici similis fere ratio, quae est scholiorum Pindaricorum, Sophocleorum, Euripideorum; nam in Pindari scholiis antiquis nonnisi tres vel quattuor commemorantur scriptores, qui Didymo recentiores sint, eosque Boeckhius [408]) statuit postea demum additos esse; Sophoclis [409]) vetera scholia si minus ab ipso Didymo scripta, certe magnam partem ex Didymi commentariis hausta videntur; idem fere valet in scholia, quibus novem Euripidis fabulae explicantur. Aliud autem iudicium de Aristophanis [410]) scholiis faciendum est; nam etsi in illis quoque Didymus multo saepius in partes vocatur quam omnes reliqui interpretes, unde credibile est etiam iis praecipuum quasi fundum Didymi fuisse commentarium, tot tamen continent memorias scriptorum Didymo posteriorum, Irenaei, Apionis, Epaphroditi, Asclepiadis, Plutarchi, Arriani, Zenobii, Pausaniae, Appiani, Herodiani, Luciani, Philostrati, Phrynichi Arabii, Athenaei, Aeliani, Libanii, ut per Symmachum eosque, qui post Symmachum in digerendis illis commentariis industriam suam collocarunt, multas passa esse muta-

illud addo, videri qui ab Didymo in Lysiam essent scripti commentarii ab Harpocr. vv. δερμηστής et πρόπεμπτα, eiusdem Hyperideos commentarios et ab Harp. v. ὀξυθύμια et ab Suida v. ἄνδηρα significari. 407) Cadit id fortasse in explicationes vocum θῆτες et ὅσιος, quamquam ne illis quidem enarrandis idoneus deerat locus in commentariis, quibus Didymus oratores illustravit. 408) Boeckh. Praefat. in Pind. schol. p. XXIV. 409) Richter. de Aesch. Soph. et Eur. interpret. graec. p. 103 sqq. 410) Otto Schneider de veter. in Aristoph. schol. fontib. p. 98, 116. ol.

tiones videantur, antequam in eam speciem abirent et eam formam induerent, quae hodie superest. Neque tamen ipse Didymus Harpocrationi poterat fundo quasi fuisse; nam ex triginta quinque locis, in quibus apud hunc illius extat memoria, tredecim tantum ita comparati sunt, ut lexicographus aut faciat cum Didymo, aut certe non significet eius sententiam sibi improbari; in quinque locis aliam sententiam videtur Didymo praeferre; in octo locis aperte ab eo discedit et in alia omnino abit; denique in novem eum apertius reprehendit [411]). Quis vero sit ille „ego vero“,

---

411) I) Loci, in quibus Harpocratio Didymi sententiam aut non improbat, ant certe non significat eam sibi improbari. 1) v. *ἀπὸ μισθωμάτων*
70 p. 28, 23. 2) v. *ἀσκωλιάζειν* post p. 37, 20. in not. 3) v. *ἐλευθέριος Ζεύς* p. 70, 14. 4) v. *Κραναλλίδαι* p. 115, 13. 5) v. *κυμβίον* p. 116, 28. 6) v. *ματρυλεῖον* p. 124, 18. 7) v. *ξηραλοιφεῖν* p. 134, 3. 8) v. *ὁ κάτωθεν νόμος* p. 136, 10. 9) v. *Παιωνιεῖς* p. 142, 10. 10) v. *περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς* p. 115, 11. 11) v. *πρόπεμπτα*. p. 158, 27. 12) v. *στρωτήρ* p. 171, 12. 13) v. *τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται* p. 176, 20. In locis 4. et 10. agitur de scriptura s. orthographia, in 8. de significatione atque origine, in reliquis de sola significatione. II) Loci, in quibus quidem non aperte improbatur Didymus sed eo, quod alins grammatici sententia praemittitur, haec praeferri videtur. 1) v. *ὀξυθύμια* p. 138, 11. 2) v. *ὅσιον* p. 140, 9. 3) v. *πέλανος* p. 150, 1. 4) v. *ποδοκάκκη* p. 154, 20. 5) v. *προστασία* p. 160, 9. Ex his locis in 1. Aristarchi, in 3. Apollonii Atheniensis, in 2. 4. et 5. ipsius lexicographi sententia praemittitur sententiae ab Didymo latae. III) Loci, in quibus si minus improbatur Didymus, at ab eius sententia disceditur. 1) v. *γαμηλία* p. 47, 17. 2) v. *ἐξένιζε* p. 74, 27. 3) v. *ἐσπαθᾶτο* p. 87, 7. 4) v. *θέτης* p. 96, 20. 5) v. *Θύστιον* p. 99, 14. 6) v. *παρασκήνια* p. 147, 21. 7) v. *περίστοιχοι* p. 154, 26. 8) v. *προκώνια* p. 158, 11. In locis 2. 3. 4. et 7. Didymi sententiae suam opponit lexicographus voce usus *μήποτε*, qua etiam Didymus ipse (cf. p. 158, 7.) et Nicander Thyatirenus (cf. p. 134, 2.) usi sunt; in loco 8. idem fit verbis interpositis *ἔοικε δέ*, in loco 6. Harp. praefert Theophrasti sententiam Didymo; in loco 5. opponit scripturae ab Didymo defensae eam quam ipse in libris invenit (*φησὶ Δίδυμος — ἡμεῖς μέντοι ἐν τοῖς Ἀττικιανοῖς — εὕρομεν γεγραμμένον.*); loco 1. antem Didymus eo nomine notatur qnod, cum *γαμηλίας* explicationem fere eandem in commentariis in Isaeum quam in commentariis in Demosthenem tradiderit, hic nullum, illic non idoneum attulerit testem. IV) Loci, in quibus Didymus aperte reprehenditur. 1) v. *ἔνθρυπτα* p. 73, 5. — *περιεργότερόν τινα*, inquit, *ἐκτίθεται ἐξήγησιν ἀμάρτυρον.* 2) v. *ἐπιδιετὲς ἡβῆσαι* 79, 3. Notatur Didymus, quod illud voluerit significare „XVI annum agere,“ cum significet „XVIII annum agere.“ 3) v. *Λυκιουργεῖς* p. 122, 16. reprehenditur,

illi „nos vero“ (ἐγὼ δέ s. ἡμεῖς μέντοι s. ἀλλ' ἡμεῖς), qui Didymo suam opponit sententiam, statim videbimus.

---

quod ab Lycio Myronis F. artifice ea vasa dicta esse voluerit. *ἀγνοεῖν δὲ ἔοικεν ὁ γραμματικὸς ὅτι τὸν τοιοῦτον σχηματισμὸν ἀπὸ κυρίων ὀνομάτων οὐκ ἄν τις εὕροι γενόμενον, μᾶλλον δὲ ἀπὸ πόλεων καὶ ἐθνῶν.* 4) v. *οἰκίσκῳ* p. 135, 11. *ἐκ τούτων δ' ἔοικε πλανώμενος ὁ Δίδυμος τὸ Δημοσθενικὸν ἐξηγεῖσθαι.* 5) v. *πανδαισία* p. 143, 24. — *ἡ γὰρ τοῦ Διδύμου ἀπόδοσις περίεργος.* 6) v. *Πολύστρατος* p. 156, 10. Etenim in Demosth. Ph. 1, 23. ubi Polystratus dicitur *ποτὲ ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν τρέφειν* Didymus quod apud neminem repperisset Polystratum *ἡγησάμενον τοῦ ἐν Κορίνθῳ ξενικοῦ*, rescribendum putavit „*Πολύτροπον*,“ quippe cuius meminisset Xenoph. H. Gr. VI, 5, 11.; eam igitur Didymi coniecturam sic refutavit Harp.: *ἀλλ' οὔτε τὸ ξενικὸν τοῦτο ἔφησεν ὁ Ξενοφῶν τρέφεσθαι ὑπ' Ἀθηναίων οὔτε αὐτὸς Ἀθηναῖος ἦν ὁ Πολύτροπος.* 7) v. *Πυθαεία* p. 162, 15. — *ἄπορον, πῶς ἀπὸ τούτου ἐσχημάτισται παρὰ τῷ Διδύμῳ. καὶ γὰρ οὐ δι' ὧν παρέθετο ὁ γραμματικὸς ὠνόμασε τὰ Πύθια ἑορτὴν ἀλλὰ τὸν Πύθιον Ἀπόλλωνα.* 8) v. *πωλῶσι* p. 163, 21. Explicationi Didymi opponit suam: *Δίδυμός φησιν — ἐγὼ δέ φημι.* 9) v. *Φαρμακός* p. 180, 26. *Δίδυμος δὲ προπερισπᾶν ἀξιοῖ τοὔνομα, ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ εὕρομεν οὕτω που τὴν χρῆσιν.* Eodem refero etiam 10) Phot. et Etym. v. *ἡμεροκαλλές. ἄνθος σπειρόμενον ὁ Δίδυμος, οὐκ ἔστι δὲ ἄνθος ἀλλὰ φοινικοῦν ἔριον διαπεποικιλμένον κτλ.* Notabilis autem est locus 11) v. *ἑωλοκρασία* Harp. p. 91, 1. *Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος „αἴτιος δ' οὗτος ὥσπερ ἑωλοκρασίαν τινά μου τῆς αὐτοῦ κατασκεδάσας. Δίδυμος δέ „οὗτος χθὲς καὶ πρώην ἃ ἐκέρασε πράγματα, τήμερόν μου καταχεῖ καὶ ἐμὲ πρᾶξαί φησι.“* Cum his compone Suid. Phot. Etym. M. (352, 23.) v. *ἑωλοκρασία. ἔθος ἦν τοῖς νέοις δειπνοῦσι καὶ νυκτερεύουσι καταχεῖν τῶν κοιμωμένων τῶν ἑώλων δείπνων τοὺς ζωμοὺς πρὸς τὴν τοιαύτην παιδιὰν κεκραμένους. ἐγὼ δὲ μᾶλλον νομίζω πεποιῆσθαι τὸ ὄνομα ὑπὸ τοῦ ῥήτορος ἀπὸ τῶν ἑώλων, ἅ ἐστιν ἀρχαῖα, ὅτι πράγματα ἀρχαῖα συγκεράσας, κατηγορεῖ ὁ Αἰσχίνης.* Iam vero primum in Harpocrationis loco *δὲ* post *Δίδυμος* collocatum offensioni est et in eam te adduxerit opinionem, olim praecessisse et male intercidisse aliam alius grammatici interpretationem, cui illud opponatur, veluti *ἐγὼ μὲν* (Extat sane similiter p. 152, 6. *Δίδυμος δὲ*, quamquam nihil ei opponitur, hinc arbitror p. 180, 26. Bekkerum non recte unius libri fide omisisse *δέ* post *Δίδυμος*, etsi non praecedit sed sequitur quod ei oppositum est *ἀλλ' ἡμεῖς*. Est igitur id argumentum non firmissimum.). Deinde etsi verba discrepant, sententia tamen quam ille „*ἐγὼ δέ*“ Suidae Photiique profitetur, fere eadem est, quam *Δίδυμος δέ* Harpocrationis. Id si est verum, auctoribus amplioris glossae Didymus fundo erat, contractior glossa, quae est ap. Harp., ad auctorem ab Didymo diversum referenda est. — Valesius in not. in Harp. v. *ἐπιστάτης* ampliorem eius vocis enarrationem, quae ap. Suid. extet, ex lexico Telephi Pergameni transscriptam esse

censuit eiusque rei testem Eustathium citat in Od. ρ. p. 1827.; ei assentitur Beruhardyus in Suid. l. c. Mihi aliter videtur. Telephus enim etsi multa scripsisse uarratur ab Suida s. v. *Τήλεφος*, lexicou tamen uou dicitur scripsisse; et quae eum tradere Eustathius dicit, poterant commode locum suum tueri, si minus in libro *περὶ τῶν Ἀθήνησι δικαστηρίων*, at certe iu libro *περὶ τῶν Ἀθήνησι νόμων καὶ ἐθῶν*. Neque vero ita illi conspirant, ut transscripsisse potius alter ex altero quam communi quasi ex fonte uterque hausisse videatur. Id eo est credibilins, quod ne in amplioribus quidem glossarum enarrationibus, quae apud Suidam et Photium extant, non extant apud Harpocrationem, quidquam est, cuius originem appareat recentiorem esse Tiberii temporibus, Telephus autem Veri imperatoribus praeceptor erat. v. Iul. Capitolin. Ver. c. 2.

VI.

DE AETATE HARPOCRATIONIS COMMENTATIUNCULA ALTERA *).

Comprobavimus nuper [1]) Harpocrationei lexici, si de aetate 3
eius esset ex scriptorum temporibus iudicium faciendum, quibus ab eo denunciaretur testimonium, fundamenta videri Augusto imperante neque tamen ab ipso Didymo iacta esse sed ab grammatico aliquo, qui aut Didymo aequalis fuisset aut paullo post Didymum vixisset. Confirmatur id etiam nonnihil eo, quod Theognida Melobium et Pisonem ex xxx tyrannis fuisse scribit (Harp. s. vv.), tyrannorum autem cognomine xxx viros a Diodori demum aetate, antiquioribus vero temporibus solo „triginta virorum" nomine dici solitos esse. Scheibius [2]) comprobavit. Neque illis repugnat aliud notarum genus, quae et tempus, cui fundus illius glossarii adscribendus sit et patriam eius, qui id iecit fundamentum, minus declarant quam significant. Insunt vero eae notae tum iis enarrationibus, quibus decem oratorum verba verbis eius aetatis explicantur, qua primum scriptae sunt enarrationes addita plerumque formula *τὸ νῦν λεγόμενον* s. *τὸ ἐφ'*, s. *ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον*, s. *τὸ παρ' ἡμῖν*, *τὸ καθ' ἡμᾶς λεγόμενον*, s. *ὃ ἡμεῖς λέγομεν*, s. *τὸ ἐν τῷ βίῳ λεγόμενον*, s. *ὃ λέγομεν ἐν τῷ βίῳ*, s. *ὡς ἐν τῇ συνηθείᾳ* [3]) *λέγομεν* (*καλοῦσι*),

---

*) [Praemissa Ind. schol. hiem. 1855—56.] 1) Cf. prooem ind. schol. Frider. p. hiem. anni 1843—44. hab.[p. 147.] 2) Die oligarch. Umwälz. zu Athen. p. 57. not. 8. Verum Aristotel. Rhet. 2, 24, 3. *τὸ Πολυκράτους εἰς Θρασύβουλον, ὅτι τριάκοντα τυράννους κατέλυσεν.* 3) *Συνηθείας* in grammaticorum libris iam antiquitus late patuit nomen; ut par erat ea in arte, quae, quia non minus consuetudine nititur quam ratione, ab aliis magis ad loquendi consuetudinem, ab aliis ad rationem potius revocata est. Cf.,

4 tum iis glossis, in quibus cum eiusdem aetatis moribus instituta iuris publici privative componuntur, quae a decem oratoribus tradita sunt. Neque autem temere adieci verba, „qua primum scriptae sunt enarrationes;" nam cum lexicographorum graecorum describere alter alterum soleat repetantque ea quoque quae in primam enarrantis aetatem conveniebant, in describentium tempora non conveniebant, circumspiciendum est diligenter, ut intellegatur quando ille vixerit, qui suam aetatem aetati oratorum primum opposuit. Prioris generis exempla repperi fere haec.

---

ut his utar, Varron. de L. L. IX, init. Atque quos quidem Chrysippus stoicus *λόγους παρὰ τὰς συνηθείας* (Diog. Laert. VII., 192.), quos *περὶ τῆς συνηθείας πρὸς Γοργιππίδην* (ib. 198.), quos *κατὰ τῆς συνηθείας πρὸς Μητρόδωρον* scripsit, quominus huc referas, obstat Plutarchus de Stoicor. repugn. c. X., nam hinc apparet illis in libris Chrysippum nunc consuetudini et sensibus patrocinatum esse, nunc adversus sensus disseruisse. Contra ea huc pertinet liber, qui ab Suida s. v. ad Zenodotum Alexandrinum, ab aliis ad Zenodorum relatus est, *περὶ Ὁμηρικῆς συνηθείας*; pertinent huc tres libri Irenaei s. Pacati Minuci *περὶ ἀττικῆς συνηθείας τῆς ἐν λέξει καὶ προσῳδίᾳ*; pertinet huc Sext. Empir. adv. grammat. 1, 10. *πολλαὶ γάρ, φασίν* [οἱ γραμματικοὶ], *εἰσὶ συνήθειαι, καὶ ἄλλη μὲν Ἀθηναίων ἄλλη δὲ Λακεδαιμονίων. καὶ πάλιν Ἀθηναίων διαφέρουσα μὲν ἡ παλαιά, ἐξηλλαγμένη δὲ ἡ νῦν. καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ μὲν τῶν κατὰ τὴν ἀγροικίαν* [num *τὸν ἀγρὸν*?] *ἡ αὐτὴ δὲ τῶν ἐν ἄστει διατριβόντων.* Atque *Ἀττικῆς συνηθείας* cum alii meminerunt tum Timaeus Lex. Platonic. praef. p. 2. et schol. Aristoph. Vesp. 1115. (1159.); *τῆς Ἀλεξανδρέων συνηθείας* Etym. M. p. 106, 22. apud hunc Etymol. saepius legitur *ἡ κοινὴ συνήθεια* (ab qua non differt *ἡ κοινὴ χρῆσις* ap. Pollue. X. 40.) aut *σύνηθές ἐστιν* et *συνήθως*, ab eoque *ἡ συνήθεια* opponitur nunc oratoribus (p. 370, 13. *παρὰ τοῖς ῥήτορσιν — ὃ καὶ ἡ συνήθεια*), nunc poetis (416, 55. 7, 49. 459, 19. 607, 5.), nunc Atticorum sermoni (292, 57. 804, 22.); illa igitur voce significari videtur nonnumquam communis illa vulgarisque dialectus, quae ab grammaticis brevius *ἡ κοινή* appellatur (cf. 122, 51. 459, 18. 597, 46. 607, 6.); quin etiam quod ultimae graecitatis est *τὸ ἐν συνηθείᾳ* ab Etymol. p. 169, 2. dicitur. Apud Suid. v. *ἄτακτοι* est, *ἐν τῇ τῶν πλειόνων συνηθείᾳ*, ap. eund. v. *ἐργολάβος — οὐχ ὥςπερ ἐν συνηθείᾳ δοκοῦν ἐργ. καλεῖν.* Schol. Aristoph. Ran. 91. *καθὼς καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν.* Schol. Plat. Parmenid. p. 329. Bekk. *Λάκαιναι σκύλακες ἃς ἡ συνήθεια Λακωνικάς φησιν.* Steph. B. v. *ἄστυ* p. 139, 21. *τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ προαστίτης.* id. v. *Κάσιον* p. 265, 22. *ἀφ' οὗ ἐν τ. σ. τὰ κασιωτικὰ ἱμάτια.* Epiphan. Ancor. c. 59. p. 439. *ἡ συνήθεια τοὺς δούλους σώματα εἴωθε καλεῖν.* Artemidor. II. 12. p. 154. Reiff. *τὰ μεγάλα κύματα αἶγας ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν.*

1) Harpocr. p. 7, 5. *ἀετὸς — ὅ τινες ἀέτωμα καλοῦσι* [4]).

2) Id. p. 13, 9. *ἁλουργοπωλικὴ ἡ πορφυροπωλικὴ ὑφ' ἡμῶν λεγομένη* [5]).

3) Id. p. 17, 23. *ἀνακαλυπτήρια — ταῦτα δ' εἰσὶ τὰ παρ' ἡμῖν θεώρετρα.*

4) Id. p. 19, 9. *ἀνδραποδοκάπηλος — ὁ νῦν λεγόμενος σωματέμπορος* [6]).

5) Id. p. 33, 10. *ἀργυροκοπεῖον — ὃ νῦν σημαντήριόν τινες καλοῦσι* [7]).

6) Id. p. 37, 6. *ἀσήμαντα τὰ ἐφ' ἡμῶν λεγόμενα ἀσφράγιστα* [8]). *σημεῖα γὰρ ἔλεγον τὰς σφραγίδας.*

7) Id. p. 62, 12. *δίοπος — ὁ καθ' ἡμᾶς λεγόμενος ἐπίπλους.*

8) Id. p. 72, 22. *τὴν ὑφ' ἡμῶν τριακάδα καλουμένην ἕνην καὶ νέαν καλοῦσιν Ἀθηναῖοι* [9]).

9) Id. p. 96, 21. *θετοὺς γὰρ ἔλεγον, φησί* (sc. *Δίδυμος*), *τοὺς εἰςποιητούς.*

10) Id. p. 101, 5. *ἰπνὸς — τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῖν μαγειρεῖον* [10]).

11) Id. p. 106, 5. *καρκίνος — ὃ νῦν καρκίνωμα λέγουσι* [11]).

12) Id. p. 118, 19. *λαμπάδιον. ἣν νῦν ἡμεῖς λαμπάδα καλοῦμεν, οὕτως ὠνόμαζον* [12]).

13) Id. p. 121, 19. *λογοποιὸς ὁ ὑφ' ἡμῶν ἱστορικὸς λεγόμενος* [13]).

14) Id. p. 122, 3. *ὅτι δὲ τὰ λουτρὰ ἐκόμιζον ἐκ τῆς νῦν μὲν Ἐννεακρούνου καλουμένης κρήνης, πρότερον δὲ Καλλιῤῥόης, Πολυστέφανος ἐν τῷ περὶ κρηνῶν φησίν* [14]). Eam nominis mutationem iam Pisistratidis deberi Thucydides II. 15. docet: *τῇ κρήνῃ τῇ νῦν μὲν τῶν τυράννων οὕτω*

---

4) Lex. Rhet. 202, 20. *ἀετὸς προπύλαιος τὸ νῦν λεγόμενον ἀέτωμα ἢ δέλτα.* Lex. Seg. p. 348, 3. *ἀετὸς — ὃ νῦν ἀέτωμα λέγουσι.* 5) Lex. Seg. 379, 25. Suid. s. v. omittunt *ὑφ' ἡμῶν.* 6) *νῦν λεγόμενος* om. Cod. E. *οὖν* Suid. 7) Repetiverunt fere eadem Suid. s. v. Lex. Seg. 443, 10. 8) *ἐφ' ἡμῶν* omittitur ab Suid. Lex. Seg. 415, 21. ut ab aliquot codd. Harpocrationis. 9) Repetivit haec Suid. 10) Transierunt in Suid. Phot. Lex. Rhet. 266, 32.: *ἰπνὸς ἡ κάμινος.* 11) Eadem fere habent Suid. II., 78, 4. Phot. 12) Suid. Phot. λ. *ὃ νῦν λαμπάδα καλοῦσιν.* 13) Eadem Suid. Phot. 14) Suid. Phot. eadem, cf. Harp. p. 73, 15.

σκευασάντων Ἐννεακρούνῳ καλουμένη, τὸ δὲ πάλαι φανερῶν τῶν πηγῶν οὐσῶν Καλλιῤῥόη ὠνομασμένη.

15) Id. p. 135, 9. *ἐκάλουν δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ὀρνιθοτροφεῖον οἰκίσκον* [15].

16) Id. p. 145, 2. „*λέγε ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς παραγραφῆς*," *ὅπερ ἐστὶν ἀπὸ τῆς γραμμῆς ἣν μέχρι νῦν παράγραφον καλοῦμεν.*

17) Id. p. 151, 24. *περιοίκιον — μήποτε ὃ ἡμεῖς λέγομεν ἐποίκιον* [16].

18) Id. p. 162, 13. *πυελίδα τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον σφραγιδοφυλάκιον* [17].

19) Id. p. 164, 25. *ῥυτὰ συνεσταλμένως εἶδος ποτηρίου, — ἐκτεταμένως τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα ὁμοίως* [18].

20) Id. p. 181, 19. *τὴν νῦν φθίσιν λεγομένην φθόην ἔλεγον* [19].

21) Harp. codicis Marciani post p. 13, 18. s. post glossam *Ἀλωπεκόννησος: — ἀλεῖν τὸ ἐν τῷ βίῳ ἀλήθειν* [20].

22) Id. p. 20, 16. *ἀνεσκευάσατο τὸ λεγόμενον ἐν τῷ βίῳ ἀναστατωθῆναι, τουτέστι τὸ ἀνασκευάσασθαι καὶ οἷον ἀπείπασθαι* [21].

23) Cod. Marcianus Harpocrationis post p. 35, 21. post glossam *Ἀρύβας: ἀνακογχυλίσασθαι ἐπὶ τοῦ ἐν τῷ βίῳ λεγομένου ἀναγαργαρίσασθαι. Εὔπολις ἐν φίλοις* [22].

24) Harp. p. 80, 16. *ἐπὶ κόῤῥης λέγεσθαι τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου ὃ λέγομεν ἐν τῷ βίῳ ῥάπισμα* [23].

25) Id. p. 143, 11. *ὁ πολλάκις ἐμπολῇ μεταβεβλημένος παλίμπρατος παλίμβολος λέγεται.* Ita fere omnes libri

---

15) Idem Phot. s. v. 16) Idem Phot. 4, 19, 7. 17) Suid. Phot. eadem. Hesych.: *πυελὶς σφραγιδοφύλαξ.* 18) Apud Suid. et Phot. prave: *ἐκτεταμένως, παρ' ἡμῖν λεγόμενα*, male omissis *τὰ* et *ὁμοίως*, quibus carere sententia nequit. 19) Eadem fere Suid. Phot. 20) Thom. M. p. 21, 14. Ritschl. *ἀλεῖν, οὐκ ἀληθεῖν.* Lobeck. Phryn. p. 151. 21) Lex. Seg. 398, 32. Suid. et cod. E Harpocr.: *ἀνεσκευάσαντο τὸ ἀναστάτους γενέσθαι καὶ οἷον ἀπείπασθαι*, atque *ἀνεσκευάσαντο* etiam in codd. ann.; id igitur praetulerim et multo etiam magis *ἀναστάτους γενέσθαι* praestat Harpocrationeo *ἀνασκευάσασθαι*, quod vix verum est. 22) Glossa Platonica. Timaeus Lex. Platon. p. 34. *ἀνακογχυλιάσαι ἀναγαργαρίσαι*: c. n. Ruhnk. Pollux. VI., 25. *ὃ μέντοι ἀναγαργαρίσασθαι νῦν λέγουσιν, ἀνακογχυλιάσασθαι ἔλεγον.* 23) Suid. I. 2. 416. *ἐπὶ κόῤῥης — ὃ κατ' ἔθος λέγομεν ῥάπισμα.*

Harpocrationis, nisi quod in nonnullis est ἐπεμβολῇ, nam reliqua discrepantia scripturae nihili est. Rescribendum est autem ex Photio: ὁ πολλάκις ἐπ' ἐμπολῇ μεταβεβλημένος καὶ λεγόμενος ἐν τῷ βίῳ παλίμβολος ἔλεγετο.

26) Id. p. 139, 17. ὀρνιθευτὴς ὁ ὀρνιθοθήρας [24].

27) Id. p. 10, 11. ἀλαβαστοθῆκαι — ἃς ἐν τῇ συνηθείᾳ μυροθήκας καλοῦσι [25].

28) Id. p. 57, 10. διαγράψαντος — ἀντὶ τοῦ διὰ τραπέζης ἀριθμήσαντος, ὡς λέγομεν ἐν τῇ συνηθείᾳ [26].

29) Id. p. 82, 17. ἐπισημαίνεσθαι ἀντὶ τοῦ ἐπαινεῖν μὲν καὶ ὡς ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν „ἐπιφωνεῖν" [27].

30) Id. p. 130, 22. ναύκληρος. Ὑπερίδης — οὐ μόνον ὡς ἡ συνήθεια χρῆται τῷ ὀνόματι ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ μεμισθωμένου.

31) Id. p. 169, 13. σταφυλοβολεῖον — ἔστι δὲ τὸ καλούμενον πατητήριον.

32) Id. p. 101, 1. Ἰόνιος — τὸν Ἀδρίαν καλούμενον οὕτως ὠνόμαζον ἐνίοτε οἱ παλαιοί.

Hae fere sunt verborum enarrationes, in quibus apud Harpocrationem oratorum usus cum consuetudine posterioris aetatis comparatur. Similia habent alii grammatici etiam in iis expli- 6
cationibus, quae apud Harpocrationem non extant; sic, ut his utar, Lex. Rhet. p. 203, 9. habet: ἀντλία — ὁ καὶ νῦν καλούμενος καδίσκος. huius loco in Lex. Seg. p. 411, 10. est: καὶ νῦν ὁ, scribendum autem videtur καὶ ὃ νῦν. — Id. 206, 22. ἀφανίσαι οἱ παλαιοὶ οὐχὶ τὸ μολῦναι λέγουσι, ὡς νῦν, ἀλλὰ τὸ τελέως ἀφανὲς ποιῆσαι. Id. 215, 33. ἐχρήσαντο τῷ ἀρχαῖον πάντες οἱ ῥήτορες ἐπὶ τοῦ δανειζομένου ἀργυρίου, ὅπερ ἔνιοι κατά τινα συνήθειαν κεφάλαιον ὀνομάζουσι. (Eadem fere Suid.). Id. p. 217, 7. ὅπερ ἡμεῖς ἁλιεῦσαι καλοῦμεν, οἱ ῥήτορες καὶ οἱ κωμικοὶ ἀσπαλιεύεσθαι καλοῦσιν. (Suid. ἀσπαλιεύεσθαι παρὰ ῥήτορσι, τὸ ἁλιεῦσαι παρ' ἡμῖν.). Id. 249,

---

24) Transiit glossa ad Suid. Phot. Lex. Rhet. 287, 5. 25) Paullo aliter exhibetur glossa ab cod. Palat., atque quae huius est forma transiit ad Suid.. Lex. Seg. 375, 13. 26) Descripsit Suid. 27) Suid., qui glossam in breve contractam habet, omittit ὡς ἐν τ. σ. λέγομεν.

18. *ἐμβατεία ἐστὶν ἡ νυνὶ λεγομένη διὰ τοῦ δ' ἐμβαδία* (Cf. Etym. M. 334, 34.). Id. 267, 8. *ἱστιατόρια τὰ χωρία ὅπου ἱστιῶνται καὶ νῦν* [an *καὶ τὰ νῦν*?] *καλούμενα ἀγνευτήρια* [?] *ὅπου κατάγονται* (Phot. p. 116. *τὰ ἐν οἷς εἱστιῶντο χωρία, ἃ νῦν καλεῖται ἀγευτήρια*?). Id. 270, 13. *κατάῤῥους — ὃ νῦν καλοῦσιν οἱ ἰατροὶ κατάσταγμον — ἢ τὸ νῦν καλούμενον δυςεντέριον*, ib. 21. *κατατομὴ ἡ ὀρχήστρα, ἡ νῦν στίγμα λεγομένη — ἡ τὸ νῦν λεγόμενον διάζωμα*. Scribendum est *σίγμα*; nam p. 286, 16. est *ὀρχήστρα τοῦ θεάτρου τὸ νῦν λεγόμενον διάζωμα* scribendum est *σίγμα*, et similiter Phot. 351, 21. *ὀρχήστρα τὸ νῦν τοῦ θεάτρου λεγόμενον σίγμα*). Id. p. 269, 25. *καλαμίδας τὰς νῦν λεγομένας ὠλένας*. Id. 271, 33. *κιγκλίδες δρύφακτοι οἱ νῦν καλούμενοι κάγκελοι*. Id. 277, 4. *λιθολογήματα τὰ νῦν λιθόστρωτα*. Id. 291, 28. *προκαταβολὴ ἡ νῦν λεγομένη θήκη*. Id. 287, 3. *ὁλόσχοινος ἣν λέγομεν ἡμεῖς σχοῖνον*. Id. 290, 6. *πρέσβεις — νῦν δὲ οἱ πρεσβευταί*. —

Similia habet Photius [28]) bene multa; apud hunc plerumque *ὡς, ὃ* s. *ὅπερ* s. *ὃν*, s. *ἃ*, s. *ἣν* s. *οὓς ἡμεῖς λέγομεν, τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον, τὸ παρ' ἡμῖν*, non raro *ὁ νῦν καλούμενος, ὃν νῦν καλοῦσι, ἡ νῦν λεγομένη, ὁ νῦν*; rarius *οἱ πολλοί*, aut *ὁ βίος, ἡ συνήθεια, ἡ χρῆσις*, opponuntur aetati eorum, quorum glossae explicantur. Eadem fere ratio est Suidae [29]), Etymologi, aliorum lexicographorum [30]) et scholiastarum [31]). Pollux, quae est onomastici natura, rarius neque tamen numquam eo descendit. Apud plerosque autem grammaticorum *ἡμεῖς* nomine non alia dialectus significatur, quam quae *κοινὴ* dicitur. Quod Aristophanes Byzantius tum ap. Eustath. in Od. ξ. p. 1761. *καὶ τὸ*

28) Cf. Dobree in indic. scriptor. Phot. p. 791 sq. 29) Suid. vv. *Ἄβαξ. Γοῦνδας*. vv. *ἀργυρίδια, ἀργυρώματα καὶ χρυσώματα ὁμοίως ὡς ἡμεῖς, Λυσίας*. v. *βιστάκια τὰ παρ' ἡμῖν πιστάκια λεγόμενα*. Voce *θηλάζειν* opponuntur *ἡμεῖς — Λυσίας δέ* et sic saepius. 30) Phrynich. P. S. 27, 16. *ἀνήρηκεν οὐχ ὡς οἱ νῦν ἀντὶ τοῦ ἀπέκτεινεν ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐκποδὼν πεποίηκεν*. 53, 5. *ὀψάριον τὸ ὄψον, οὐχὶ τοὺς ἰχθῦς λέγουσιν*. 31) Sic, ut paucis defungar exemplis, Schol. Aristoph. Ran. 33. *πανοῦργε ἡμεῖς μὲν μετριώτερον φαμέν, Ἀττικοὶ δὲ ἐπὶ σφοδρᾶς βλασφημίας*. ib. 388. *παῖσαι ὅπερ ἡμεῖς παῖξαι*, ib. 826. *λίσπους καλοῦσι τοὺς ὑφ' ἡμῶν καλουμένους στρυφνούς*. Schol. Pac. 1150. *πυὸς — ὃ ἡμεῖς χυτρίτην λέγομεν*.

στεγανόμιον ὃ δηλοῖ παρ' ἡμῖν μὲν τὸν τόπον ἐν ᾧ ἑστιῶνται, παρ' Ἀττικοῖς δὲ τὸν μισθὸν τοῦ πανδοχείου, tum in glossis a Boissonadio editis scribit: ἐξανέψιοι δὲ οἱ τῶν ἀνεψιῶν παῖδες, οὓς νῦν λέγομεν διςεξαδελφούς, verbis παρ' ἡμῖν et νῦν Alexandrinorum aeqnalium sermonem significare videtur. Neque aliter Latini grammatici. Sic, ut hoc utamur, Festus sive Paulus potius p. 247. Müller.: „polnbrum pelluvium vas quod nos pelvem vocamus." In illis igitur explicationibus nihil est, quod fundamenta eius lexici prius iacta esse cogat, quamquam qua aetate illa sive verba sive comprehensiones verborum primum recepta sint, rarissime constat, nam ἀέτωμα [1] iam Hippocrates, idemque non minus καρκίνωμα [11] quam κάρκινον, non minus φθίσιν [20] quam φθοὴν dicit, quamquam φθοὴν Atticorum esse etiam alii grammatici praecipiunt; cf. Phryn. l. p. 71. Moer. p. 399. c. n. Tim. p. 271. πορφυροπωλικὴν [2] tantum abest ut sciamus quis primus dixerit, ut ne habeamus quidem, qnis omnino praeterea dixerit, etsi „ars purpnraria" in inscriptionibus Latinis aliquotiens redit (Schmidt, die griech. Papyr. d. k. Bibl. z. Berl. p. 164.) et πορφυροπώλης, quo nomine „purpurarius" significatur i. e. is qui simul tinctor et venditor purpurae erat, in Graecis titulis et antiquioribus (Boeckh. C. J. Gr. 2519.) et recentissimis illis ab Schmidtio editis legitur. Neque aut θεώρετρα [3] aut σωματέμπορος [4] scimus quis alius dixerit; nam mancipia ex superstitibus scriptoribus primus Polybius nude σώματα dixit, cum antiqui addere soliti sint 7
adiectivum quoddam veluti δουλικά, οἰκετικά, δοῦλα, αἰχμάλωτα vel simile quid (Lobeck. in Phryn. p. 173.), σωματεμπορεῖν autem extat iam ap. Strab. XII., 677. XIV., 985. Neque σημαντήριον [5] pro ἀργυροκοπείῳ scio quis omnino dixerit, nam significatione σημάντρου sive sigilli extat iam ap. Aesch. Ag. 595, 6. Idem valet in ἀσφράγιστα [6]; esse autem σημεῖα, σημαίνεσθαι, ἐπισημαίνεσθαι, παρασημαίνεσθαι, ἀσήμαντα Atticorum, σφραγῖδας, σφραγίζεσθαι, ἐπι — παρασφραγίζεσθαι, ἀσφράγιστα Hellenica ex reliquis lexicographis apparet, quorum locos contulit Kiessling. de Hyperid. orat. comment. III. p. 23.; neque oviarium s. ornithona constat quis ὀρνιθοτροφεῖον dixerit [15], etsi ὀρνιθοτροφός, —οφέω, —οφία ex Diodoro, Plutarcho et Geoponicis nota sunt. Funda sive pala,

id est ea pars annuli, in qua sedet gemma, quando primum dici coepta sit σφραγιδοφυλάκιον [18], eo minus constat, quod nondum ea vox apud alios atque lexicographos reperta est. ἀναστατοῦν [22] reperitur in libris N. T., ubi significat „evertere," sed quis eum, qui solvendo impar bonis cessorit, ἀναστατωθῆναι non dico primum sed omnino dixerit, ignoramus. Neque ὀρνιθοθήρας [26] aut μυροθῆκαι [27] scimus quando primum in consuetudinem abierint. Τράπεζαν de mensa argentariorum iam oratorum Atticorum optimi omnes dixerunt; quod autem Romanis dicebatur „a mensa numerari" quando Graeci primum dixerint διὰ τραπέζης ἀριθμεῖν [28], ignoramus; neque magis scimus quando ἐπιφωνεῖν [29] de acclamatione probantium primum dici solitum sit. Ultimam mensis diem τριακάδα [18] non tantum Pollux (1, 161.) et Lucianus appellant, sed extra Atticam idem nomen iam Hesiodi aetate percrebruit (Hesiod. Ἔ. κ. Ἡ. 766.). μαγειρεῖον [10] de foro culino iam antiquioribus, de culina fortasse nemini ante Aristotelem dictum est (cf. Lobeck. Phryn. p. 276.). λαμπάδα [12] de face non minus veteres quam recentiores dixerunt; λαμπαδίου enim nomine hic non fascia, non comae quoddam genus sed fax dicitur, id quod ex adiecto loco Platonis de rep. I. p. 328. satis apparet. ἱστορικῶν [13] nomine iam ante Plutarchum rerum scriptores vocatos esse probabile est per eam consuetudinem, quae Latinitatis auctorum est. παράγραφον [16] quis primus dixerit pro eo quod antiquiores παραγραφὴν dixerunt, ignoramus; credibile est autem interductum hunc librariorum iisdem antiquissimis Alexandrinis grammaticis nomen debere, a quibus quidem ipsa res sit instituta; cf. quae de paragrapho scripsi in Encycl. Hal. III., XI. p. 331 sq. ἐποίκιον [17] vocem satis antiquam esse et Strabonis usus probat et inscriptio Heracleensis, ubi v. 98. extat ἐς τὰ ἐποίκια χρήσονται ξύλοις; significat autem „casam." ῥάπισμα [24] Attice quidem loquentium nemo dixit, quamquam ῥαπίζειν etiam veteribus in usu erat; cf. Phryn. p. 175. παλίμπρατος [25] tum apud poetas tum ap. Polluc. III., 125. VI., 127., Philonem Iudaeum, alios reperitur; cf. T. Hemsterh. in Aristoph. Plut. p. 446. ed. Lips. πατητήριον [31] in inscriptione satis antiqua Mylasensi extare videtur C. I. 2694, etsi bis ibi, describentis ut videtur errore, παγητήριον scriptum est. ὁ Ἀδρίας [32] ex

graecis scriptoribus, qui aetatem tulerunt, primus quod sciam, Scylax, secundo ab hoc spatio Polybius dixit, cf. Mannert. IX., 1. p. 12 sq. Alterius generis una extat glossa p. 172. v. *συμμορία — οὐχ ἅπαν τὸ πλῆθος ὥςπερ παρ' ἡμῖν διῄρητο εἰς τὰς συμμορίας Ἀθήνησιν ἀλλὰ μόνον οἱ πλούσιοι καὶ εἰςφέρειν τῇ πόλει δυνάμενοι.* voce *συμμορίας* Graeci scriptores etiam classes ab Servio Tullio institutas, ut *λόχου* vocabulo „centurias" significant, neque obstat quominus hic de Romanis rebus cogitetur, quod apud Romanos quorum census minor esset assibus 12,500, ut Dionysius, aut assibus 11,000, ut Livius vult, non sextam quandam classem efficiebant, sed extra classes constituti unam centuriam constituebant; Cicer. de rep. 2, 22. Salust. Iug. 86. Liv. 3, 30.; hoc autem loco „apud nos omnis multitudo in classes divisa" dicitur; nam tum Dionys. IV. 18. et VII. 59. de „sex" symmoriis loquitur, quibus omnis infuerit multitudo, ut ea neglegentia a Graecis scriptoribus non aliena fuisse videatur; tum proletarios et capite censos ut nihili praetermittere neque respicere ne poterat quidem magna neglegentia videri. Nihilominus non credo ad Romanos ritus, sed ad Alexandrinos potius mores hic respici. [Addidit Meierus aliud notarum genus, ubi religiones deorum et sacrorum sollemnia, ubi vel publica instituta vel vitae domesticae mores explicantur. In eis lexicographum nonnumquam praesenti, plerumque praeterito tempore usum esse amplissimis exemplis probaturus erat neque tamen id quod voluit exsecutus est.]

VII.

DE DEMOSTHENIS ORAT. ARISTOCRATEA AB E. G. WEBERO EDITA *).

3 Ante hos quattuor annos vir clarissimus Ernestus Guilelmus Weberus, gymnasii Vimariensis professor, Demosthenis orationem in Aristocratem ita adornatam in publicum edidit, ut de illius orationis integritate non mediocriter, de eius intellectu praeclare meritus esse videatur. Etenim verba ipsa oratoris ad praestantissimorum librorum tum manu scriptorum tum typis exaratorum fidem diligenter revocavit, quem in usum et optimum illum bibliothecae Parisinae codicem, ab Im. Bekkero Σ littera insignitum, denuo conferendum curaverat et ex sex editionibus antiquis scripturarum varietatem conquisiverat, eademque verba, cum penitus ad summi oratoris eiusque superstitum monumentorum familiaritatem sese applicuisset, non minus ad ingenium et formam, ad habitum atque colorem elocutionis Demosthenicae, ad eius dicendi usum exegit, mitem, ut ait, atque moderatam artem criticam sectatus. Coniecturis enim aliorum paucis, suis paucissimis in verborum cohaerentia, quae dicitur, locum dedit, libro autem nulli ne optimo quidem ita se totum mancipavit, ut eius ubique vestigia sequeretur. Ea vero via id est consecutus, ut de scripturis in ordinem recipiendis et ab eo receptis ab ipsius sententia raro discrepandum nobis sit. Illius rei pauca quaedam exempla afferamus. Sic non probamus, quod in hypothesi scriptoris incerti p. 9. retinuit (collat. Prolegom. p. 16.) *Εὐθυκλῆς δέ τις Θάσιος τὸν δῆμον* spreta Hier. Wolfii coniectura, quae nobis certissima videtur, *Θριάσιος*; nam Euthycles accusator si fuisset, id quod fingit editor, Thasius genere, civitate autem ab Atheniensibus donatus, debebat *Θάσιος γένει*,

*) [Praemissa ind. schol. hiem. a. 1849. 1850.]

non vero *Θ. τὸν δῆμον* dici, id quod non cadit nisi in Atticos pagos. — Nequo probamus, quod in ipsa oratione §. 39. *ἵνα δὴ μὴ — ἀπέραντοι τῶν ἀδικημάτων αἱ τιμωρίαι γίγνωνται* ex libris Σkrs scripsit pro *ἀτυχημάτων*, quod plurimorum librorum est, cum ille usus mitigandae orationis, quo scelera et iniuriae calamitatis cladisque nominibus dicuntur, tam late apud oratores patuerit, ut ne „vindictae“ quidem „calamitatum“ possint offensioni esse, praesertim eo loco, ubi oratori e re erat verbo iniuriam extenuare, vindictam amplificare. — Neque magis placet, quod §. 28. retinuit, id quod sane omnium librorum est, *ἢ διπλοῦν ὀφείλειν ὅσον ἂν καταβλάψῃ*, ubi desideratur *ὀφλεῖν*, aut quod §. 140. ex libris Σ et Bav. *ὅτι ἂν θέλῃ βασιλεὺς* scripsit spreta librorum aliorum scriptura *ἐθέλῃ*, quam usus oratorum flagitat, qui *θέλειν* post consonam non admittunt nisi in formula *ἐὰν* (*εἰ*) *θεὸς* (*θεοί*) *θέλῃ* (*θέλωσι*, *θέλει*), aut quod §. 94. praetulit: *ἔτι τοίνυν οὐδ᾽ ἁπλοῦν τοῦθ᾽ οὕτως ἐστίν, ὥς τις οἴεται. εἰ μὲν γὰρ μηδεὶς ἄλλος ἦν ὅςτις ἤμελλεν* [*ἔμελλεν* Σ] *ὁμοίως τούτῳ τῶν συμφερόντων ὑμῖν ὀλιγωρήσας γράφειν, ἴσως* 4
ἂν ἧττον ἦν δεινόν scripturae optimi codicis Σ *ἴσως ἂν ἦν τοῦτο.* Neque enim illud significat, id quod Weberus statuit „psephisma Aristocratis fortasse valere posset“ sed potius: „illud (quod quis rei elevandae caussa prae se ferret) fortasse haberet veri speciem.“ — Denique non laudamus, quod §. 205. de coniectura scripsit: *Κίμωνα ὅτι τὴν παροῦσαν μετεκίνησε πολιτείαν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ παρὰ τρεῖς μὲν ἀφεῖσαν ψήφους τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι, πεντήκοντα δὲ τάλαντα ἐξέπραξαν*, ubi optimi libri et pr. Σ *παρίων*, reliqui *πάτριον* exhibent, Sauppius vero *Παρίων* in verborum ordinem recepit, ratus locum ad Miltiadis crimen Parium, cuius memoria apud Herodotum (6, 136.) extet, referendum, Cimonem autem filium ab oratore per errorem pro Miltiade patre esse commemoratum. Id commentum Webero displicuisse probamus, *παρίων* autem quod compendio scripturae ex *παροῦσαν* ortum vult, non probamus, cum illud, solis litterarum vestigiis si insistas, propius ab *πάτριον* quam ab *παροῦσαν* absit. At, inquit, „populus potius vel Ephialtes *τὴν πάτριον πολιτείαν μετακινῆσαι* dicendus erat; Cimo tantum novum rerum ordinem, quem in reditu praesentem invenit, aggressus est.“ Esto. Verum non quaeritur, Cimo quid re vera egerit, sed quae

egit in quam partem ab malevolis accusatoribus et a levitate populi accepta sint. Neque mirum, quem aequi arbitri antiquitus instituta revocasse statuant, per accusatorum improbitatem tamquam novarum rerum anotorem condemnari. Quid multa? Si verum est, id quod Cyrillus confirmat, Cimonem affectatae tyrannidis ab Cleone esse accusatum, a populo autem condemnatum, nonne recte dixit orator, mulctatum eum quinquaginta talentis esse, quod *τὴν πάτριον μετεκίνησε πολιτείαν*?

Atqne haec qnidem suffecerint exempla, ut in verborum Demosthenicorum ordine, quem Weberus constituit, esse appareat quae minus satisfaciant. Orationi tum subiecit apparatum criticum ab superioribus editoribus congestum, ab sese autem anctum discrepantiis scripturarum eorum librorum, quos ipse denuo accuratius inspexerat, tum praemisit Prolegomena, in quibus primum de virtutibus orationis et de dicendi arte disseruit quae in ea eluceret, eam verbis ut fit paululum exaggerans, deinde de anno egit, quo illa esset scripta oratio, deque personis et Enthyclis accusatoris et Aristocratis rei, denique de omni re mercenaria Graecorum, postremum repetiit Rumpfii commentariolum de Charidemo Orita suis anctum observationibus. — Praestantissima autem libri pars in amplissimis commentariis versatur, qnibus Weberus tum ad oratorias virtutes intendit, hac quidem in re vestigiis persequens veteres dicendi magistros Graecorum Romanorumque, tum usum loquendi Demosthenis explanavit et nunc coniecturas scripturasve a se receptas stabilivit, nunc ab aliis probatas receptasque refutavit, tum oratoris verba ex rerum memoria et antiquitatibns illustravit. Neque vero se arctius adstringi passus est aut intra eorum fines contineri se voluit, quae ipsius orationis interpretatio postularet necessario, immo habenis laxioribus usus nonnumquam huc illuc evagatus nonnullos locos vel artis grammaticae vel antiqnitatum Graecarum oblata opportunitate copiosius explicavit. Hic non nemini forsitan videatur non semper modum tenuisse, et interdum illustrasse, quae, praesertim in ea qua fruimnr litterarum luce, non possunt pro obscuris haberi, aliquotiens autem subtilius et argutius versatus esse, veluti in legibus qnibusdam verborum collocandorum sciscendis (cf. p. 409. 452. 453.), in discriminibus significatus statuendis inter *εἰςῄει* s. *εἰςῆλθεν οἶκτος αὐτοῖς* et *αὐτούς* (p.

387.), inter *διά γε ταῦτα* et *διὰ ταῦτά γε* (498.), inter *ἀνδρολη̣ψίαν* et *ἀνδρολήψιον* (298.), inter *ἄνθρωπος* et *ἄνθρωπος* (430.), inter *τὴν ἐν Σαλαμῖνι* et *τὴν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν* (503.), in explicatione *ὑπειπεῖν* verbi, ubi vulgo statuitur praefandi potestatem habere (p. 227.).

Verum nos missis levioribus illis hac scribendi opportunitate sic utamur, ut apud vos, cives optimi, quaedam notemus, in quibus nobis quidem Weberi explicatio non satisfecerit. Quorum quae ad grammaticam explicationem pertinent, paucis expediamus. 5 Sic, ut his utamur, non verum est quod W. p. 306. verbis §. 86. *ὅδε ὁ — νόμος — ἔχει καλῶς, εἴπερ καὶ ἄλλος τις* et similibus formulis summum rei gradum significari idemque esse contendit atque *ὡς ἄλλος οὐδείς*, nam significat potius „unum ex optimis," „so gut wie irgend eins" „eins der besten;" non placet quod p. 307. in verbis §. 97. *καταρᾶται καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ὁ κῆρυξ — εἴ τις ἐξαπατᾷ λέγων ἢ βουλὴν ἢ δῆμον ἢ τὴν ἡλιαίαν* coniungit *λέγων* cum *καταρᾶται*, quod nobis quoque cum *ἐξαπατᾷ* coniungendum et significare videtur „si qui dicendo fefellerit;" denique displicet quod p. 531. in verbis *ὑμῖν δὲ οὐδεμιᾶς ἡμέρας ἐφόδιά ἐστιν ἐν τῷ κοινῷ ἀλλὰ δεῖ τι ποιεῖν καὶ πόθεν οὐκ ἔχετε*, ad *πόθεν* supplendum esse scribit *ἐφόδια ἔσται*, ubi nobis *ποιῆτε* potius supplendum videtur „vos vero — simul ut aliquid agendum est, non habetis unde i. e. quibus opibus agatis." —

Accuratius autem de iis dicendum, quae quidem ad Graecas antiquitates spectant. Itaque in §. 22. *Δικάζειν δὲ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας καὶ πυρκαϊᾶς* non recte W. assentitur Kuehnio aliisque *ἐκ προνοίας* verba etiam ad *φόνου* et *πυρκαϊᾶς* referentibus, cui rationi duae res adversantur. Etenim *τραῦμα ἐκ προνοίας* aliquotiens reperitur, veluti in titulo orationis quartae Lysiaeae (cf. p. 171. 173.), ap. Lys. c. Simon. 159. c. Andocid. 212. Aeschin. c. Ctesiph. p. 600. Lucian. de gymnas. 10. Polluc. 9, 40. 177., quamquam nonnumquam *τραῦμα* solum pro *τρ. ἐκ προνοίας* dicitur, veluti Demosth. c. Conon. 1262, 25. c. Boeot. 1018, 10. ap. Aeschin. *παραπρ.* 270. c. Ctesiph. 440. Lucian. Timon. 46.; at *φόνου ἐκ προνοίας*, *πυρκαϊᾶς ἐκ προνοίας* qui ex antiquis scriptoribus dixerit, nullum scimus; neque enim propterea quod

φονεύειν ἐκ προνοίας dictum est, statim licet statuere etiam legitimum iudicii nomen φόνου ἐκ προν. fuisse. Neque aut ad φόνον aut ad πυρκαϊὰν opus erat accessione verborum ἐκ προν., nam φόνος si non additum est ἀκούσιος, iam per se est ἑκούσιος intellegendus; idem fere valet in πυρκαϊὰν vocem; fortuitus ignis ἐμπρησμός est, πυρκαϊὰ iam suapte sponte incendium est dolo malo factum. Quod igitur ap. Galenum (in Hippocrat. Prognost. A. Ed. Chart. 8, 586. Basil. 5, 119. Kuehn. T. 18, p. 9.) extat: καὶ τὸ παρὰ Σόλωνι, δικάζειν δὲ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου καὶ τραύματος καὶ πυρκαϊᾶς ἐκ προνοίας καὶ φάρμακον ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς, non minus temere videtur librariorum incuria transpositum esse ἐκ προνοίας quam φάρμακον pro φαρμάκων est scriptum.

Neque magis probamus quod p. 176. scriptori incerto Λεξικῶν ὀνομάτων fidem habet, inquilinum qui occidisset, exilio mulctatum, civem qui necasset, capite damnatum esse scribenti. Cum enim ille libellus ineptiis et incredibilibus abundet, non possumus ei fidem adiungere, nisi ubi quae refert, vel aliorum scriptorum consensu sustentantur, vel certe cum his et cum rerum probabilitate non aperte pugnant. Apud Athenienses autem inquilini occisi mitiorem poenam fuisse quam civis necati eo minus probabile est, quod apud eos vel servum qui occidisset non minorem experiebatur severitatem quam liberum hominem qui necasset (cf. Lycurg. c. Leocr.p. 183. §. 65. Antiph. de caed. Herod. p. 728. §. 48.), atque in caedibus persequendis ulciscendisque religiones potius deorum quam civilia iura vindicabantur. Accedit quod eorum, quae ille tradit, partem alteram non plane veram esse satis constat, nam civem qui necasset capite semper luisse, non est verum, immo illi concessum erat post primam defensionem solum vertere. Quid autem est, quod inquilinum qui necasset exilio affectum esse scribit? num istud in eam partem accipiendum est, ut illam poenam etiam post secundam defensionem statuamus ei dictam esse? At qua post primam mulctabatur? Si eadem, nullum illi ex secundae defensionis pertinacia
6 periculum fuisset; sin alia, quamnam statuamus? Adeo circumsaepta est illa glossa incredibilibus. — At, inquit, lex ipsa, quae extat in Aristocrat. §. 37. §. 41. ἐὰν δέ τις τὸν ἀνδροφόνον κτείνῃ — ὥςπερ τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα ἐν τοῖς

αὐτοῖς ἐνέχεσθαι, atque plebisscita de honoribus in quosdam peregrinos deferendis, quibus quidem scitis illud etiam inest ib. §. 89. ἔστω ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ αὐτὴ τιμωρία καθάπερ ἂν τὸν Ἀθηναῖον ἀποκτείνῃ (ubi τὸν mallem abesset), probare videntur severiore iure usos esse Athenienses in eum, qui Atheniensem, quam in eum, qui peregrinum uecasset; neque §. 23. orator tam diligenter quaesivisset, Charidemus utrum in civium Atticorum an in inquilinorum an in peregrinorum uumero habendus esset, nisi alio iure civium, alio inquilinorum caedes vindicatae essent. Verum nos quidem de utroque aliter indicamus. Draconis enim quasdam leges de solorum civium caedibus cavisse et in eum fere modum comparatas fuisse credibile est, ut verba continerent ἐάν τις Ἀθηναῖον κτείνῃ, non quo inquilinorum peregrinorumque caedes aliter vindicandas statuerint, sed quod Draconis temporibus illorum numerus adeo exiguus erat Athenis, ut si qua nova lege illarum legum praescripta ad similia traducerentur, reciperetur etiam formula καθάπερ ἂν Ἀθηναῖον κτείνῃ. Accedit quod etsi eandem, quae in civium caedibus, poenam, at iudicii formam admodum diversam iu caedibus peregrinorum et inquilinorum persequendis locum habuisse credibile est. Civem autem Charidemum esse quod orator ea diligentia probat, eo pertinet, ut illi quae sint ab Aristocrate rogata ue civi quidem competere appareat, unde multo minus efficitur, pro inquilino vel peregrino si esset Charidemus habendus, minorem poenam daturum fuisse, qui ipsum necasset.

Ὁ κάτωθεν νόμος, cuius memoria uno loco c. Aristocr. §. 28. extat, iam antiquis enarratoribus scrupulum movit, id quod Harpocrationis glossa satis docet. Verum Weberus, secutus fere Schaeferi iudicium, illis verbis legem de inferiore parte schedae recitandam significari statuentis, legem vult ita dici e publicis tabulis transscriptam et in inferiore parte schedae scriptam. Eam autem explicationem quo minus pro vera habeamus, illud imprimis obstat, quod ista verba non scribae dicuntur, ut vulgaria illa λέγε τὸν νόμον τὸν μετὰ ταῦτα, λέγε τὸν ἐφεξῆς νόμον, sed iudicibus, quorum nullo modo interesset, in quanam parte schedae esset transscripta lex, id quod propter loci distantiam ne conspicere quidem indices poterant. Immo uecesse est verbis illis nota quaedam contineatur, quae omnibus Atheniensibus

perspicua fuerit. Quodsi tenemus leges plerasque ita in parietibus foribusque curiarum, iudiciorum et *ἀρχείων* inscriptas fuisse, ut parietes foresque curiae quingentorum eas continerent leges, quae ne contemnerentur prospicere quingenti deberent, in archontis autem *ἀρχείῳ* exaratas eas fuisse leges, quae ne violarentur archon curare deberet, atque idem valuisse in reliquas leges, ut ad cuius magistratus iurisdictionem, ad cuius iudicii cognitionem delicta pertinerent, in eius *ἀρχείῳ* iudiciove leges conscriptae essent, quae illis de delictis caverent: probabile est legem eam, qua interdiceretur *τοὺς ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείνειν — λυμαίνεσθαι δὲ μὴ μηδὲ ἀποινᾶν*, in secus autem facientem iuberetur *τὴν ἡλιαίαν διαγιγνώσκειν*, in Heliaeae parietibus scriptam fuisse, eamque ob rem *τὸν κάτωθεν νόμον* dictam esse, quod non esset ut multae aliae leges de caede latae in Areopago scripta. At, inquit, in Heliaea etiam aliae leges bene multae erant scriptae. Verum ex legibus de caede latis fortasse illa una illic erat exarata. Eadem explicatio placuit iam Didymo: *Δίδυμος ἤτοι, φησί, τὴν ἡλιαίαν λέγει διὰ τὸ τῶν δικαστηρίων τὰ μὲν ἄνω τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι.*

Verbis legis quae extat §. 53. *ἐπὶ παλλακῇ ἣν ἂν ἐπὶ ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ* Weberus non recte contendit p. 225. *ἐλευθέρους παῖδας* eos dici „qui etsi non iusto matrimonio nati, civitatem tamen adipiscerentur, ut in numero liberorum civium
7 essent.“ Immo res sic se habet. Concubinae cum aliae fuerint liberae, aliae ancillae, ex his nati fiebant etiam ipsi servi, ex illis editi erant liberi quidem, at cives sic demum, si pater civis ex concubina non modo libera sed etiam cive Attica eos suscepisset. Verum cives Atticae vix in concubinatum datae sint. Cum ea igitur concubina, quam quis liberae prolis suscipiendae caussa habuerit, deprehensum adulterum necare viro licebat; cum concubina, quam quis non illo consilio habuerit, in stupro deprehensum necare non licebat. — Neque probamus, quod p. 268. in explicatione verborum §. 68. *στὰς ἐπὶ τομίων κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου* haec scripsit: „tale sacrum quod e tribus animalibus pro ariete et bove constabat, *τριττύς* sive *τριττύα* vel *ἐντελὴς θυσία* vocabatur; hinc *ὀμόσαι καθ' ἱερῶν τελείων*.“ Neque enim quod e tribus animalibus constabat, sed vel unius victimae sacrificium *τέλειον* et *ἐντελὲς* dicebatur, modo victima

esset adulta et vitiis careret. Athen. XV, 674, f. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Συμποσίῳ φησίν, ὅτι οὐδὲν κολοβὸν προςφέρομεν πρὸς τοὺς θεούς, ἀλλὰ τέλεια καὶ ὅλα. Lucian. de sacrific. 12. στεφανώσαντες τὸ ζῶον καὶ πολύ γε πρότερον ἐξετάσαντες, εἰ ἐντελὲς εἴη.

Iudicium, quod ἐν Φρεαττοῖ fuerit, Demosthenes §. 77. auctor est eos subisse, qui cum essent caedis imprudenter factae antea condemnati, anteqnam cum propinquis occisi in gratiam redissent, alterius caedis et consulto quidem factae arguerentur: ἐνταῦθα κελεύει δίκας ὑπέχειν ὁ νόμος, ἐάν τις ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ πεφευγὼς μήπω τῶν ἐκβαλόντων αὐτὸν ἠδεσμένων αἰτίαν ἔχῃ ἑτέρου φόνου ἑκουσίου. Weberus autem (p. 286.), quamquam cum Demosthene etiam Pollux conspirat (8, 120.), nihilominus oratori refragatus illud iudicium eos quoque passos esse statuit, qui post caedem imprudenter factam, antequam eam ob rem propinquis caesi satisfecerint, alteram caedem eamque etiam ipsam nescientes et inviti fecerint; ab Demosthene autem voluntariam caedem solam commemorari, non quo de non voluntaria in eo iudicio quaesitum non sit, sed quod oratori de hoc iudicio loquenti satis fuerit ad id quod voluerit docendum gravissimum caedis genus efferre. Verum sic si res se haberet, orator maluisset, opinor, scribere, αἰτίαν ἔχῃ ἑτέρου φόνου, neqne addidisset ἑτέρου φόνου ἑκουσίου. Neque argumenta, quibus adsententiam stabiliendam utitur Weberus, ad persuadendum idonea sunt. Nam quod primum glossa quadam, quae apnd Etym. M. 345, 20. et Suid. v. ἐμ Φρεαττοῖ atque ap. Hesych. extat, illud iudicium δικαστήριον τῶν ἀκουσίων φόνων dicitur ἐν Ἀθήναις, eam tanto minus credibile est quidquam aliud voluisse quam a Demosthene tradatur, quo magis ad ipsum hunc Aristocrateae orationis locum ea glossa pertinet: immo huius anctor breviloquentia tantum rem obscuravit, quamquam idem voluit quod orator. Neque aut Pausanias qui I, 28, 12. scribit: ἔστι τοῦ Πειραιῶς πρὸς θαλάσσῃ Φρεαττύς, ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες ἢν ἀπελθόντας ἕτερον ἐπιλάβῃ ἔγκλημα, πρὸς ἀκροωμένους ἐκ τῆς γῆς ἀπὸ νεὼς ἀπολογοῦνται, aut Lex. Rhet. 311. ἐν Φρεαττοῖ ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ φεύγοντες ἐπ' ἄλλῳ δέ τινι κρινόμενοι aliud voluit dicere atque orator, sed minus accurate nterque dixit. Quod deinde W. „studium reli-

gionemque Atheniensium non permittere" scribit „ut statuamus nullam quaestionem habitam esse, caedes si in exilio nova ab aliquo imprudenter esset facta," etiam eo de argumento aliter iudicamus. Sed primum omnium verba illa „caedes si in exilio nova esset facta" non satis perspicua sunt, quippe quae etiam sic intellegi possint, quasi vero de caedibus extra Atticam commissis agatur; Attica vero iudicia *φονικὰ* tantum ob caedes intra Atticae fines exercebantur; iudicium itaque *ἐν Φρεαττοῖ* tum demum locum habebat, si is qui imprudenter caedem fecisset, aut antequam solum verteret, aut postquam vertisset sed antequam cum occisi propinquis in gratiam rediret, in Atticam redux factus aliam caedem in Attica commisisset sciens dolo malo. Iam cum caedis imprudenter factae ea fuerit poena, ut qui eam commisisset, per annum carere Attica iuberetur, vix opus erat,
8 ut si qui antequam solum verteret, caedem iterum imprudenter fecisset, iterum iudicium subiret, quippe quod nihil posset aliud in ipsum statuere, quam quod iam per se pati deberet. Neque vero rectius statuit Weberus homicidam, qui illo in iudicio caedis voluntariae fuerit convictus, semper exilio perpetuo punitum et bonis exutum fuisse, quae ipsi per priorem condemnationem integra fuerint; immo cum diserte Demosthenes dicat, *κἂν μὲν ἁλῷ, τὴν ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις φόνοις δίκην ἔδωκε*, credibile est illum quoque ista poena sic demum affectum esse, si post priorem defensionem causae suae diffidens aufugisset navi, e qua apud ephetas caussam dixisset; qui vero ulterius remansisset et alterius quoque defensionis periculum suscepisset, eum probabile est capite non minus damnatum esse, quam qui nulla caede antea inconsulto commissa consultae fuerit convictus; cur enim illa praecedente huius poenam mitigatam esse dicamus?

De *ἀπαγωγῇ φόνου* quaedam tradit W. (p. 292 sqq.), quae nobis minus vera videntur, veluti quod accusatorem, si ea in caussa cecidisset, mille drachmis mulctatum scribit, qua mulcta ille sic demum afficiebatur, si in iudicio ne quintam quidem suffragiorum partem retulisset; dein quod *ἀπαγωγὴν φόνου* in rebus divinis sitam fuisse dicit, quae nostro quidem iudicio ab civili potius caussa et origine repetenda est; tum quod verba oratoris illi *ἀπαγωγῇ* sic locum fuisse dicentis, *εἰ παρεληλύθασιν οἱ χρόνοι ἐν οἷς ἔδει τούτων ἕκαστον ποιεῖν*, de quinquennio

post factam caedem transacto intellegit, cum, si qua capienda est coniectura in re incerta, credibile potius sit post quinquennium ab caede commissa nullum amplius ne ἀπαγωγῆς quidem iudicium datum esse, in φόνου autem γραφῇ multo brevioris temporis fuisse praescriptionem tum nominis delationi (ἀπογραφῇ) ad regem tum regis προῤῥήσει et variis κλήσεσι, eamque, ni fallimur, annuam; namque constat regem quarto mense postquam ad ipsum fuerit rei nomen delatum, debuisse iudicio rem committere (Antiph. de caed. chor. p. 786.)

Denique etiam de ἀνδρολῃψίᾳ diligentissime quidem disputavit Weberus (p. 297 sqq.), habet tamen hic quoque, quae minus nobis satisfaciant; veluti quod „hac iudicii forma provisum esse“ scribit, „ne laesi iniuriam per vim ulciscerentur neve in eos qui laesissent gravius consuleretur eamque nonnisi in iis populis assumptam esse quibuscum foedere facto Atheniensibus commercium iuris praebendi esset, ut ad τὰ σύμβολα περὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν pertinuisse videatur.“ Istius sententiae rationem nos quidem frustra quaesivimus. Quid est enim, quod in eos potissimum populos, quibuscum foedera intercesserint Atheniensibus, ἀνδρολῃψίαν datam, in eos vero, quibuscum non fuerint σύμβολα, non datam esse statuamus? quod eas ipsas civitates, in quas credores iniquiore iure usos esse Athenienses, aequius ius expertas esse dicamus? Immo, si quid videmus, ἀνδρολῃψία in eas tantum civitates dabatur, quibuscum nulla essent Atheniensibus σύμβολα; quacum vero civitate intercederent Atheniensibus pactiones de iure inter utriusque civitatis cives reddendo et accipiendo, in eam ne opus quidem erat ἀνδρολῃψίᾳ, sed si qui Atheniensium illa in civitate esset interfectus, licebat propinquis caesi ex ipsis foederibus ius repetere; quod si negaretur, foedera violata ruptaque erant. — Ἀνδρολῃψίαν autem Athenienses etiam sic dedisse, si vel civitate Attica caruerit qui peregre fuerit caesus, Weberus quidem pro certo habet; nobis etiam hodie quoque de ea re non magis constat, quam olim constitit.

VIII.

COMMENTATIO THEOPHRASTEA PRIMA *).

3 Aureo libro Theophrastus Eresius morum notationes perscripsit. Quam enim laudem Peripateticorum familia suo sibi iure tanquam suam vindicat, quod cum omni philosophiae tum morum doctrinae observationes diligenter accurateque factas firmissima fundamenta esse voluit, eandem laudis praerogativam hic quoque liber habet, a sene editus paene centenario neque tamen aetate confecto et decrepito, sed rerum, quas multorum annorum usus et experientia docuit, bene perito. Namque si ab iis recesseris, quae singulorum populorum, quae singularum aetatum propria sunt, nihil est utique in his notationibus, quin mutato nomine de nostris quoque hominibus possit narrari. Adeo omnia ad vitae et naturae veritatem expressa sunt. Ad veritatis diligentiaeque laudem accedit iudicii in delectu instituendo spectata elegantia, qua non coacervavit quae de vitiis et virtutibus possent praedicari, sed ea elegit, quibus unaquaeque indoles se maxime conspiciendam praeberet, ut non minus sentias, nihil quidquam ad integritatem deesse, quam nihil adesse, quo carere possis. Mimicae autem descriptionis leporem et festivitatem, qua unam delectationem spectasse, neque nisi aliud agendo etiam docere videtur, omnes certatim laudibus extulerunt et cum Horatianae satirae suavitate contenderunt. Quid de elocutione dicamus viri, cui oris divina facundia Theophrasti nomen meruit, quae a Platonis granditate dicendique sublimitate eodem intervallo quo ab Aristotelis siccitate et sterilitate distat, et medium quoddam genus et paene Lysiae gracilitatem sequitur. Neque neglegendum est, quantum peti inde subsidium possit ad Graecorum antiquitates, ad vitam privatam Atheniensium — Atticos enim mores

*) [Praemissa ind. scholar. aestiv. a. 1830.]

describit — accuratius cognoscendam, quo quidem in genere haud scio an uno Aristophano excepto ex tot antiquitatis monumentis nullum inveniatur, quod ei praeferas. Sed duplicem fortunae iniquitatem expertus est liber, alteram a temporis, alteram ab criticorum iniuria repetendam. Neque enim integer ad nos 4
pervenit, sed virtutum notationes perierunt omnes, vitiorum descriptiones triginta tantum nnmero oxtant. Quamqnam si meminerimus, trium saeculorum decursu quindecim notationum accessionem esse factam, nondum omnem spem abiicimus, aliqnando futurum esse, ut aliquo ex angulo chartae protrahantur, qnibus integritati reddi opusculum possit. Quae autem aetatem tnlerunt, et multiplici librariorum errore foedatae sunt et ne interpretamentis quidem carent e marginibus librorum in verborum consequentiam illatis [1]. Iam vero ubi primum Bilibaldi Pirckheymeri diligentia in lucem editi erant Characterismi quindecim priores, criticorum studia mirabiliter incensa sunt. Nihil dicam de iis, qui ante Casaubonum eam provinciam administrarunt, nt ad critices regulas has descriptiones revocarent; Casaubonus vero quibus erat vir immortalis doctrina, acumine, sollertia, eas igitur ingenii facultates tanto cum successu illis expoliendis interpretandisque adhibuit, ut ei etiamnunc principatns eo in genere omnium consensu deferatur. Cum vero ne praestantissimum quidem ingenium inchoare eadem, eadem perficere possit, Casaubonus quoque post messem largissimam spicas reliquit non paucas, quas cum alii, tum Fischerus, Schneiderus, Hottingerus et Astius legerunt. Non igitur neglectus contemptusque iacuit liber; nihilo minus habet, quod ab criticis factam sibi iniuriam queratur. Alios enim prava superstitio tenuit, ut quidquid chartarum memoria proditum esset, religioni sibi ducerent in dubitationem vocare; alii exuta paulatim reverentia, quae antiquitatis monumentis debetur, in dubitationum fluctus immersi nihil pro contestato habere, omnia in controversiam deducere. Haec dubitandi licentia tam late patuit, ut argumentis

1) De rumore, quo Aristotelis et Theophrasti libri magnum damnum fecisse perhibentur, partim humore et blattis vitiati partim librariorum et bibliopolarum neglegentia corrupti, de eo igitur rumore quid sentiendum sit, praestantis ingenii vir Brandisius docuit in egregia commentatione, qua critices Aristotelis operibus adhibendae viam regiam munivit. (Mus. Rhenan. I, p. 236 sqq.)

vel nullis ad persuadendum ideoneis usi has descriptiones modo nihil ad Theophrastum Eresium pertinere modo ex opere aliquo Theophrasti excerptas et ab hominibas christianis diversis temporibus in compendium redactas existimarent. Qui vero toti operi pepercerunt, non tamen sibi temperarunt, quin lacinias breviores longiores diducerent, diductasque aut abiicerent aut aliis locis adsuerent. Itaque iam ad sanitatem redeundum est, et postquam superstitionis iugum excussimus, temeritatis quoque et confidentiae laquei declinandi sunt. Aut enim critica ars abiicienda aut ad historiae probabilitatem exigenda est. Quod nt in Theophrasti notationibus qua ratione factitandum videatur, aliquot exemplis commonstremus, utemur hac scribendi opportunitate et eorum locorum, in quibus tractandis superiorum criticorum conatus nobis non satisfecerint, primam nunc particulam vobiscum communicabimus.

Initium autem a prooemio facturi sumus, quod Polycli inscripsit, quo quidem nomine causae nihil est, cur Antipatri ducem potius significari arbitremur quam eorum aliquem, quos Athenis tum eo nomine complures vixisse, vel unus tibi Demosthenes probabit. Verum illud qui plane proscripsit et a grammatico aliquo confictum prodidit, non reputavit, primum a Theophrasti urbanitate rusticitatem in aedes non pulsatis foribus irruentis alienam videri, Grammaticis contra, si sine prooemio editus liber eorum in manus incidisset, causam de suo penu affingendi defuisse; dein res quae hoc prooemio expositae sunt, ad eam probabilitatem fictae videntur, quae grammaticorum acumen superet; denique ne in elocutione quidem quidquam reperitur, quod ab ipsarum notationum stilo recedat. Sed quo tandem nomine dicam prooemio scripsit? Scilicet inesse quaedam, quae inepta videantur, quasi vero annorum numero non legitime excusetur paene centenarius, si quid ei inepti aliquando excidit. Quid vero, si ne sunt quidem inepta, quae actor inepta videri voluit;
5 nonne iam vi et dolo malo extorquere possessionem voluisse censebitur? Atque res eo se modo habet. Namque quod mirari se dicit prooemii scriptor, Graecos, cum eodem coeli temperamento similique et disciplina et institutione utantur, tantam tamen morum prae se ferre diversitatem, id actor inepte eum mirari censet, cum apud barbaros non minor morum diversitas reperiatur,

Graeci autem ne utantur quidem eodem aëre, eadem disciplina. Scilicet qui Graecos ita se mirari dicit, non putandus est negare idem te posse in barbaris quoque mirari, sed Graecos dicit, quod Graeca superbia elatus reliquos mortales contemnit. Et erat utique aër crassior Boeotiae, tenuior Atticae, erat disciplina alia Dorum, alia Ionum, alia Atheniensium, alia Arcadum, si vero cum reliquarum terrarum coelo, cum reliquorum populorum disciplina contenditur, non inepte idem coelum, similis institutio totius Graeciae dicitur. An Euripidem (Med. 826. et ap. Plutarch. de exil. 13.), Herodotum (III, 106.), Platonem (de rep. IV, 11. p. 435, f. Epinom. 987. d.), Aristotelem (Politic. VII, 6, 1.) iisdem laudibus totius Graeciae coelum efferentes ineptire censes? Iam vero quod pergit prooemii scriptor multo ex tempore humanam naturam se considerasse annos natum novem et nonaginta, id, cum Diogenes Laertius (V, 40.) auctor sit, Theophrastum annum agentem sextum et octogesimum diem supremum obiisse, actor mira et levitate et inconstantia modo a grammatico repetit multum tempus eam in partem explicante, modo ad totius prooemii fidem impugnandam confert, quorum neutrum verum est. Tantum enim abest, ut verba *καὶ βεβιωκὼς ἔτη ἐνενήκοντα* [2]) *ἐννέα* eorum quae proxime praecedunt *συνθεωρήσας ἐκ πολλοῦ χρόνου τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν* interpretamentum contineant, ut illis eiectis etiam quae sequuntur *ἔτι δὲ ὡμιληκὼς πολλαῖς τε καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι καὶ παρατεθεαμένος ἐξ ἀκριβείας* reliq. necessario eiicienda sint; haec enim participia *βεβιωκώς, ὡμιληκώς, παρατεθ.* sibi respondentia explicationem continent superioris participii *συνθεωρήσας*. Errasse autem Diogenem aut ipsum aut eius librarium eo minus dubitaveris, quod scriptura codicum Theophrasti Tzetzae quoque confirmatur quantulacunque auctoritate (Chil. 9, 941.) et quod Theophrastum annis centum et septem expletis vita excessisse Hieronymus litteris mandavit. — Neque acrius videtur tertium esse telum. Quod enim utrorumque et bonorum et malorum instituta explicanda sibi sumpsisse profitetur prooemii scriptor, id, cum in reliquiis, quae aetatem tulerunt, vitia tantum exposita

2) Ita librorum auctoritate scribendum; cf. Buttm. Gr max. I, 283. Bekk. ad Thuc. I. 46. Demosth. 973, 5.

videamus, ita unusquisquo interpretetur, ut qna parte probi mores adnmbrarentur, eam Theophrastum aut edere voluisse, abreptnm autem morte non edidisso, aut, si edidit, totam intercidisse colligat; actor autem quod, qnam de horum characterismorum consilio et natura opinionem conceperat, ei proborum morum descriptio non conveniret, non inde effecit, falsa se dnci opinione eamque ex animo evellendam esse, sed, id quod omnium levissimum est, ineptire scriptorem, qui si neque ipse est Theophrastus neque a Theophrasto bonorum morum descriptionem editam reperit, non ineptiarum sed impudentissimi mondacii manifestus est. Verum, ut hoc quasi praeterountes addamus, si qui de ea, quae desideratur, particnla coniecturae locus est, coniecerimus, uti in pravorum morum descriptione magis vitiorum ridicula quam flagitia scelerum notantur, ita in bonorum morum characterismis blandam potius concinnitatem et decentiam in sensus cadentem qnam internam virtutis praestantiam praedicatam esso. Ex Diogene autem Laertio, qui in indice [3]) librorum a Theophrasto scriptorum ἠθικοὺς χαρακτῆρας bis (V. 47. et 48.) recenset, nullum repetimus argumentum diversis libris a Theophrasto pravos rectosque mores adumbratos esse, modo actor id nobis largiatur, ex eo quod priore loco ἠθικοὺς χαρακτῆρας ά commemoravit, effici non
6 posse, Diogeni malorum solam notam fuisse descriptionem, cum uno eodemque libro utrorumque comprehendere potuerit notationem. — His explosis quartum telum adversarii non magis metuimus; Theophrastus igitur Polyeli scribit, arbitrari se futurum esse, ut his commentariis filii nostri meliores fiant, cum liberorum Theophrasti neque a Laertio neque in testamenti tabulis mentio fiat; quamquam enim iam Casaubonus, cuius ex armamentario ipsum petitum est telum, multiplicem eam rem explicationem habero probavit, maluit tamen actor „hoc quoquo a prooemii auctore fictum esse ut fidem afferret orationi suae.“ Scilicet ex eius mente ille scriptor ut fidem afferret orationi, orationo usus est ea, quae fidem elevaret. Satis et fortasse plus satis de prooemio; pauoioribus defungi licebit in reliqua temeritate nuperi editoris ex octo prioribus capitibus re-

3) De hoc perfunctorio opere idem ferendum est iudicium, quod de catalogis librorum Aristotelis Brandisius tulit l. c. p. 260 sqq.

pellenda, veluti quod clausularum, quae aliquot notationibus additae reperiuntur, quod verborum καὶ ἄλλα τοιοῦτα λέγειν, (2, 1.) καὶ τὰ τοιαῦτα (19, 3; 30.) καὶ τοιαῦτα ἕτερα (26. extr.) fidem impugnavit, eo solo usus argumento, ut, qui characterum naturam perspectam haberent, non dubitaturos contenderet, ea ab aliena manu profecta esse; malumus enim dici eam naturam non perspexisse quam in sententiam discedere tali argumento confirmatam. Neque minus temerarium, quod in ironiae sive simulationis dissimulationisque cum dolo malo ob causam aliquam non honestam factae notatione ex uno Florentino libro editum est, ὁ δὲ εἴρων τοιοῦτός τις οἷος προςελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν φιλεῖν, οὐ μισεῖν, cum reliqui libri magno consensu λαλεῖν οὐ μισεῖν offerant. Nota quidem est ea pleonasmi species quae in negando opposito versatur neque sine vi aliqua adhibetur, veluti ἐχθρῶν κοὐ φίλων (ap. Aristoph. Av. 377.) λυπρὸν θέαμα κοὐ φίλον (Eurip. Troad. 1164.) νόθους κοὐ γνησίους (Arist. Av. 1649.) οὐ νόθα — ἀλλὰ καὶ πάνυ γνήσια (Longin. de sublim. c. 44.) ἑκόντες καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης (Demosth. 1295, 15.) ἑκόντες καὶ οὐκ ἄκοντες (Wernsdorf ad Himer. p. 24.) βίᾳ τε κοὐχ ἑκών (Soph. Oed. C. 935.) πρὸς χάριν τε κοὐ βίᾳ (id. Aethiop. fr. 1.) ἐρῶ καὶ οὐ σιωπήσομαι (Demosth. 1126. 26.) ἕτερος — καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς (911, 8.) εὐθὺς οὐκ εἰς μακρὰν (237, 17.) τρὶς οὐχ ἅπαξ (374. f.) πολλάκις καὶ οὐκὶ ἅπαξ (Herod. 7. 46.) οὐκ ἔλαττον ἀλλὰ μεῖζον (Demosth. 1336, 2.) μέγιστον καὶ οὐχ ἥκιστα (Thucyd. 7, 44.) οὐχ ἥκιστα ἀλλ' ἐν τοῖς μάλιστα (Plat. Crit. 14.) et id genus alia. At nonne haec scriptura sensum exhibet plane perversum? quasi falsi esset, inimicos amare suos neque odisse. Nimirum interpretes cum οὐ μισεῖν ad unum omnes oppositum arbitrarentur λαλεῖν vocabulo, non poterant non offendi incommoda oppositione, qua ex difficultate ut se expedirent, varia commenti sunt, quae satius est premere. Mirum vero neminem vidisse, si modo οὐ μισεῖν non oppositum arbitrere λαλεῖν verbo sed ex hoc pendere statuas, ἐθέλειν autem solendi significatu accipias, e librorum scriptura sensum unum verissimum effici: „falsus vero is est qui inimicos adeat, dicatque se eos non odisse;“ οὐ μισεῖν neque μὴ μισεῖν dixit (quamquam et hoc dicere poterat), quod ea verba in unam quasi notionem coaluerunt; est vero nota litotes οὐ μισεῖν pro φιλεῖν, quo

ex genere sunt οὐχ ἥκιστα pro μάλιστα, οὐ χεῖρον pro κράτιστον, inutilis pro pernicioso al. Hinc intelligitur φιλεῖν illud Florentini libri merum esse interpretamentum. — Pergit Theophrastus καὶ συγγνώμην δὲ ἔχειν τοῖς αὐτὸν κακῶς λέγουσι καὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις, in quibus καὶ ἐπὶ — λεγομ. cum superioribus coniungenda esse, non vero cum iis, quae sequuntur, neminem fugere debebat; quod vero nuperus interpres, hiare orationem ratus, οὐκ ἀγανακτεῖν propter sequens ἀγανακτοῦντας excidisse censet, neque necessarium neque probabile est, modo explices verba in eam partem „maledicentibus vel propter ipsa maledicta ignoscit *)." — In rusticitatis (c. 4.) notatione [4]) rustici id quoque esse dicitur τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παριὼν κομίσασθαι παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους. Hic Casaubonus παριὼν sine sententiae damno abesse posse ac paene inducendum esse censet, nuperus autem interpres uncis circumdedit. At ni vehementer fallimur, non temere additum est παριών; neque enim satis videtur rusticitatis, eadem via et alio defungi negotio
7 et salsamenta emere; plus certe inest, si quam viam alius tantum negotii causa feceris, eadem, quod forte praeteriens ante Archiae officinam transeas, abutare, ut salsamenta ipse ab Archia emas et domum feras. Multo minus probari licet, quod in blanditiae (ἀρεσκείας) notatione (c. 5.) verba ἔτι ἐπαινῶν in dubitationem vocata sunt; blandi enim natura ita a Theophrasto describitur, ut doceat, quo pacto amicum, cui forte obviam factus sit, excipiat; procul conspectum salutat, πόῤῥωθεν προςαγορεύσας, propius accedentem virum optimum praedicat summaque observantia colit, καὶ ἄνδρα κράτιστον εἰπών, καὶ θαυμάσας ἱκανῶς, abiturum utraque manu retinere studet ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μὴ ἀφιέναι, abeuntem prosequitur et paullisper prosecutus interrogat quando iterum sibi contingat ut eum adspiciat, καὶ μικρὸν προπέμψας καὶ ἐρωτήσας πότε αὐτὸν ὄψεται, denique vel in ipso discessu eum laudibus effert, ἔτι ἐπαινῶν ἀπαλλάττεσθαι; haec omnia blandi naturae conveniunt; quod vero nuperus interpres intulit, ἔτι τι αἰτῶν, ea in importunum potius

---

*) [Retractavit eam sententiam Meierus in comm. Theophr. V. p. 4.]

4) Eodem capite revocanda est librorum scriptura δεινῶς φαγεῖν confirmata opposito ζωρότερον πιεῖν.

quam in blandum cadunt. — Eodem capite quae post *καὶ πλειστάκις δὲ ἀποκείρασθαι* leguntur, ab blanditiae descriptione aliena esse omnes intellexerunt, Casauboni autem coniectura talu eius capitis, quod est *περὶ ἀρεσκείας*, finem quam eius, quod sequitur, initium hodie desiderari coniicientis longe probabilior est, quam quod nupero interpreti visum, qui ea quae sequuntur capiti primo et vicesimo, quod est *περὶ μικροφιλοτιμίας*, agglutinavit, neque animadvertisse videtur, in his nonnulla inesse, quae magis ad frivolae elegantiae quam ad inane honoris studium pertinere videantur. — Eodem loco idem interpres librorum omnium scripturam *τοῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι ὅταν ᾖ* (libri *ῇ*) *θέα πλησίον τῶν στρατηγῶν* duplici nomine reprehendit: „Unde enim pendet *τοῦ θεάτρου*? et quis ferat ineptum illud *ὅταν ᾖ θέα*, quasi theatrum frequentetur, etiamsi ludi non edantur.“ Itane? ignoravit igitur, eum genitivum multiplicem habere explicatum, posse pro partitivo haberi, posse intelligi „quod attinet ad“ (cf. Matth. 342.), vel „in theatro“ (§. 377.), neque dissimiles esse superiores genitivos *τῆς μὲν ἀγορᾶς πρὸς τὰς τραπέζας προςφοιτᾶν, τῶν δὲ γυμνασίων ἐν τούτοις διατρίβειν*? ignoravit theatra plerisque Graecorum pro comitio fuisse (cf. interpr. ad Nep. Timol. 4. 2.) et Athenienses concionum causa in magnum theatrum Bacchi, quod in urbe erat, in theatra Piraeei et Munychiae non raro convenisse (cf. Schoemann. de comit. p. 56 sq.)? Quid vero tandem intulit contempta librorum scriptura? *οὐ ἂν ᾖ ἡ θέα τῶν στρατηγῶν*, hoc est id, quod si omnium librorum nitoretur auctoritate, inducendum tamen esset; namque quamquam nihil de loco praetoribus in Atheniensium theatro concesso constare arbitramur, illud saltem probabile est, ex eodem loco eos quovis tempore spectasse, uti *βουλευτικὸν, ἐφηβικὸν* idem semper fuisse constat. — Speciosius neque tamen verius est, quod idem interpres in desperatae vecordiae descriptione *τὴν μητέρα μὴ τρέφειν* tanquam ab eo loco aliena, ubi *αἰσχραὶ ἐργασίαι* eius recenseantur, deletum ivit. Scilicet Theophrastus *τὴν μητέρα μὴ τρέφειν* non magis ad turpem quaestum retulit, quam reliqua, *ἀπάγεσθαι κλοπῆς, τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν ἢ τὴν αὐτοῦ οἰκίαν.*

Haec in praesens sufficiant exempla temeritatis ab his notationibus repellendae. Ne vero superstitiosa religione librorum

memorias prosequamur, aliquot nunc exemplis cavebimus. Veluti in *κολακείας* notatione (c. 2.) recte a Valckenario scriptum arbitramur *καὶ μὴν πρὸς τὸ οὖς προςκύπτων ψιθυρίζειν*, neque ferendam esse librorum scripturam *προςπίπτων*; hoc enim rustici est, illud adulatoris blandientis et placere cupientis. — Capite sexto quod est de desperata vecordia [5]), *ἀπονενοημένου* haec
8 quoque nota ponitur: *ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα καὶ προςωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ*. Negationem cum pateat desiderari, plerique Casaubonum secuti rescripserunt: *κόρδακα, προςωπεῖον οὐκ ἔχων*, neque reformidantes temeritatem qua coniunctiva particula, quae omnium librorum est, deletur, negativa quae nullius est, infertur, neque animadvertentes et verba *ἐν κωμικῷ χορῷ*, si modo cum *ὀρχεῖσθαι* coniungenda sint, nimis traiecta esse, et ineptum videri, quod in comico choro sobrium saltare cordacem neque personatum vecordiae nota dicatur, quasi comico choro obriis liceret interesse, quasi extra comicum chorum illud saltationis genus minus haberet reprehensionis, cum satis constet, cordacem propriam quasi comoediae fuisse saltationem. Bene factum, quod in uno libro *καὶ μὴ προςωπεῖον* reperitur; scribendum est enim *ὀρχ. νήφ. τὸν κόρδακα καὶ προςωπεῖον μὴ ἔχειν ἐν κ. χ.* duae igitur notae sunt, altera cordacem sobrium saltare, altera in comico choro non personatum esse [cf. comment. V. p. 9.] — Capite tertio *ἀδολεσχία* sive garrulitas describitur; haec a *λαλιᾷ* sive loquacitate ita differt, quod loquax adeo sibi in dicendo placet, ut exclusis reliquis solus et multa loquatur; garrulus autem tantum abest ut loquendo delectetur, ut taceret, nisi omnino sibi loquendum esse putaret, et quia non habet, quod loquatur, inepta effutit [6]), quorum in numero et loci communes et

5) In verbis *κακῶς ἀκοῦσαι καὶ λοιδορηθῆναι δυνάμενος*, videtur *λοιδ.* activa potestate intellegendum esse; cf. Schaefer ad Demosth. 558, 6. Multo magis mirum nuperum interpretem, veritum *λοιδορουμένων* ut activo sensu dici possit, spreta librorum auctoritate edidisse *καὶ τούτων δ' ἂν εἶναι δόξειε τῶν περιισταμένων τοὺς ὄχλους καὶ προςκαλούντων καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρεῤῥωγυίᾳ διαλεγομένων πρὸς αὐτοὺς καὶ λοιδορούντων.* Rescribendum: *καὶ τοῦτο δ' ἂν εἶναι δ. τ. π. τ. ὄ. κ. προςκαλούντων, μεγάλῃ τ. φ. κ. π. καὶ λοιδορουμένων καὶ διαλ. πρὸς αὐτούς.* Genitivi *λοιδορουμένων καὶ διαλεγομένων* non cum superiore *τῶν* coniungendi sunt, sed explicationem continent eorum quae praecedunt.

6) Quod igitur Theophrastus definivit *ἀδολεσχία ἐστὶ μὲν διήγησις*

res levissimae et futilissimae sunt, veluti ex Liberalibus inde magnis mare aperiri, et Iove pluente sata laetiora fore, *καὶ ὁ ἀγρὸς εἰς νέωτα γεωργήσει;* vitium manifestum est, emendandi autem viam alii aliam inierunt, quorum qui *καὶ ὡς ἀγρὸν* rescripserunt, pingui Minerva, ut in proverbio est, rem administrarunt, aliquantum crassiore, quibus *καὶ ὅτι* vel *καὶ τὸν ἀγρὸν* scribendum visum est. Speciosius Bernardi *εἰς νέωτά γε ἀργήσει*, neque tamen verum, cum in eo sermone nihil insit inepti, nisi quod ignoto narratur; quare vide, an scribendum sit: *καὶ ὁ ἄγροικος* (i. e. agricola, *γεωργός*) *εἰς νέωτα γεωργήσει*, quod certe ab ineptiis non cedit superiori. — Cap. 4. fortasse legendum omisso *τὸν χόρτον*, quod a mss. abesse videtur omnibus, *καὶ ἀριστῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν* sc. *τὸ ἄριστον*.

λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων, non ad prolixitatem, sed ad ineptias et taedium sermonis referendum est (Langweiligkeit). Philem. ap. Stob. 36, 18. p. 398. Meinek. *τὸν μὴ λέγοντα τῶν δεόντων μηδὲ ἓν μακρὸν νόμιζε, κἂν δύ' εἴπῃ συλλαβάς.* Aristotel. Metaph. XIV, 3. p. 299, 30. ed. Brandis. *ἔοικεν ἐν αὐτοῖς εἶναι ὁ Σιμωνίδου μακρὸς λόγος· γίγνεται γὰρ ὁ μακρὸς λόγος ὥσπερ ὁ τῶν δούλων, ὅταν μηδὲν ὑγιὲς λέγωσι.*

IX.

COMMENTATIO THEOPHRASTEA SECUNDA [*].

2 Exclusis tempore cum nobis in praesentia non liceret pertexere, quod nuper exorsi sumus, et cogeremur commentationem de Attica gentilitate inchoatam modo in aliam opportunitatem differre, visum est tamen, ne plano asymboli veniremus et ut more maiorum vos quibusdam quasi praeludiis vel primordiis coenae ad lautiores dapes invitaremus, delibare quaedam ex eorum numero, quae sua se sponte nobis obtulerunt, cum familiari interpretatione Theophrasti librum explicaremus, quo morum notationes perscripsit. Ita licebit et promissis stare, quae tum apud vos [1]) ante aliquot annos, tum nuper alibi [2]) promisimus, et virilem partem ad scriptorem emaculandum conferre, qui cum sua virtute dignissimus sit ut perpurgatus prodeat, hominum et temporum iniuria eam labem, eam maculam suscepit, ut paene sordescere videatur. Quas vero nunc *αὐθαδείας, δεισιδαιμονίας, μεμψιμοιρίας* et *ἀπιστίας* notationes expedire constituimus, in his ita versabimur, ut neque quod Fossii [3]) nostri erudita et ingeniosa commentatione satis iam videatur effectum esse, id amplius in dubitationem vocari patiamur, neque omnia persequamur quae expolienda in illis supersint characterismis, sed satis habeamus percensere, in quibus vidisse aliquid nobis videmur.

Αὐθάδειαν autem quum Theophrastus ita definiat, *ἡ δὲ αὐθάδειά ἐστιν ἀπήνεια ὁμιλίας ἐν λόγοις*, interpretes duobus postremis vocabulis litem intenderunt, et alii tamquam de glossemate suspecta cancellis incluserunt, alius *ἐνὶ λόγῳ* in iis latere

---

*) [Praemissa Ind. schol. hiem. a. 1834. 35.] 1) Cf. Indic. Scholar. a. 1830. 2) Cf. Allgem. Lit. Zeit. 1834. p. 328. 3) De Theophrasti notationibus morum commentatio prima 1834. 4.

opinatus est. Eorum commentorum alterum et loco refellitur, cum transpositione opus sit, ἡ δὲ αὐθάδειά ἐστιν ἐνὶ λόγῳ ἀπήν., et contra nsum reliquarum notationum pugnat, in quibus quidem ὡς τύπῳ λαβεῖν, ὡς ὅρῳ λαβεῖν, ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ὡς ὅρῳ εἰπεῖν, εἴ τις αὐτὴν ὁρίζεσθαι βούλοιτο nonnumquam finitionibus adduntur, ἐνὶ λόγῳ numquam additur. Suspecta vero qui volunt esse, duas prae se ferunt rationes, unam quod in Florentino libro non extent, alteram quod in hoc characterismo quaedam legantur quae ad rerum potius quam ad verborum morositatem pertineant; id igitur additamentum intolerandum esse, nisi etiam καὶ ἐν πράξεσι addatur; erat, qui ieinnum qnoqne diceret, quo quidem nomine satins erat omnino abstinere. Sed nos neque nni libro tantum tribuimus, ut qui optimus non sit, eum reliquis omnibus conspirantibus, quibuscum etiam scholiasta Sophoclis [4]) faciat, praeferamus; neque ad eam excusationem refugimus, qua fere Hottingerus usus est, qui „praecipue verborum“ interpretatur; nam nihil quidquam in tota descriptione reperitur, quod finitioni illis duobus vocabulis auctae repngnet; nisi forte arbitrere ἀπήνειαν ὁμιλίας ἐν λόγοις non esse, cum quis plane abstinet dicendo (καὶ τοῖς θεοῖς μὴ ἐπεύχεσθαι), aut non verbis negare, qui id rogantibus negat, quod rogare com- 3
munis humanitatis, petenti non concedere insignis rusticitatis est (καὶ οὔτε ᾆσαι οὔτε ῥῆσιν εἰπεῖν, οὔτε ὀρχήσασθαι ἂν ἐθελῆσαι, nam οὐκ ἐθελῆσαι est negare); ant denique eum, qui dicitur non diu posse qnemquam expectare (καὶ ἀναμεῖναι οὐκ ἂν ὑπομεῖναι χρόνον οὐδένα), morae impatientiam credis apud se et animum suum recondere neque oratione expromere. Tot verbis opus erat, ut ipsa αὐθαδείας definitio ab doctorum hominum vindicaretur reprehensionibus. Eo brevius licebit duos tresve locos eiusdem notationis expedire, qui male habiti videntur; nam cum inter αὐθάδους notas etiam haec ponatur, καὶ ὠνῶν τι μὴ λέγειν τοῖς ὠνουμένοις πόσου ἂν ἀποδοῖτο, ἀλλ᾽ ἐρωτᾶν τί εὑρίσκει, qnattuor postrema vocabula offensioni omnibus fuerunt, offensam removendi probabilem viam nemo, ni fallimur, inivit; quare licebit novam periclitari et coniicere: ἀλλ᾽ ἐρωτῶντι ἐφυβρίζει, empturis αὐθάδης non narrat sc. simpliciter pretium, sed

4) Oedip. Reg. 54. Erfurdt.

interroganti contumeliam dicit, id est ita respondet, ut insit responsioni contumelia. Transitus ex plurali (ὠνουμένοις) in singularem (ἐρωτῶντι), ex infinitivo (λέγειν) in tempus finitum (ἐφυβρίζει) in his characterismis admodum frequens. — Sequitur, καὶ τοῖς τιμῶσι καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα. Haec etsi omnium est librorum scriptura, editores tamen alii coniecerunt οὐκ ἄν γ' ἕλοιτο, alii οὐκ ἂν γεύοιτο διδομένου vel διδομένων, denique alii aliud voluerunt, quorum nihil cadere in morosum non opus est demonstrare, cum sana omnia sint, si quidem ea in hunc modum interpretere: „si qui vero ei officii et observantiae caussa dona ad sollemnia mittunt, his respondet: haec vereor ut dono sint data, neve brevi munere petatur amplius. „Das dürfte wohl nicht geschenkt sein.“ Additur nota haec, καὶ οὐκ ἔχειν συγγνώμην οὔτε τῷ ἀπώσαντι αὐτὸν ἀκουσίως οὔτε τῷ ὤσαντι οὔτε τῷ ἐμβάντι. In his cum ἀπώσαντι et ὤσαντι simul stare non possint, alii alterutrum deletum iverunt, alii eius loco vel τρώσαντι [Reisk.], vel παίσαντι [Coraes] vel χρώσαντι [Astius] coniecerunt, quorum singula aut iusto fortiora aut ab litterarum vestigiis magis quam par est recedere videntur; tu vide scribendumne sit, οὔτε τῷ ἀτίσαντι vel ἀτιμήσαντι αὐτὸν ἀκ. „neque ignoscit ei qui se invitus vel neglexit (sive ignominia affecit) vel pulsavit vel calcavit *).“

Superstitionis characterismus tribus fere nominibus totus est in suspicionem vocatus. Nam primum dicunt δεισιδαιμονίας vocabulum ab antiquioribus scriptoribus in bonam partem acceptum, ut verum deorum metum, veram deorum pietatem et religionem significaret, neque ante Polybium in peius esse deflexum, ut de superstitione sive de inani deorum metu diceretur. Illud uno satis refutatur Menandri exemplo, qui fere viginti annis ante Theophrastum diem obiit supremum; in ea enim fabula, cui Δεισιδαίμονα inscripit, non religionem sed superstitionem perstrictam esse cum alia docent, tum illud suadet, quod ex Antiphanis Oeonista expressam eam fabulam esse Caecilius testatur [5]). Scilicet est perversi saeculi, ut non minus quod vitium videtur laude glorio-

*) [ἐπιχώσαντι Hartung, ῥυπώσαντι Fossius, ῥαπίσαντι Haasius.]
5) Meineke Menandri et Philem. p. 41.

tur et blandis nominibus sibimet ipsum plaudat, quam virtutis nomen
in vitium abeat [6]). — Multo gravius alterum, quod mimicam
quandam ipsius characterismi descriptionem desiderari, et abesse
volunt imaginem eius ita adumbratam, qua intellegatur, super-
stitiosus quem in modum perturbetur rebus, quae aliae aliam ei
formidinem et religionem obiiciunt, quid tum sentiat, quove actu
prodat quod sentit. Quae enim adsint, his referri tantum vanae
superstitionis ritus, inanes portentorum et prodigiorum procurandi
caeremonias, quarum numerus possit ut augeri facillime, ita
numquam aut temere expleri aut cum ipsius characterismi damno
imminui. Inest in his aliquid; et Theophrastum, qui de diis et di-
vinarum rerum historias perscripserit [7]), probabile est potuisse id
praestare, si praestare vellet. Sed licuit scriptori excusatione
uti ex popularis religionis, ex ipsius characterismi natura et in- 4
genio repetita; superstitio enim cum non eorum sit vitiorum,
quae in ὁμιλίαν sive hominum consuetudinem cadunt, sed potius
quasi solitarium sit, dramaticam quandam μίμησιν ne pati quidem
videtur; ipse autem timor, quo perterretur superstitiosus, habet
ille gradus, generis diversitatem non habet; et qui erat iam
semel factus apud Athenienses impietatis reus [8]), Theophrasto
condonandum est, quod senex plus quam octogenarius committere
noluit, ut ipsis internis superstitiosi sensibus adumbrandis eidem
imperitae et mobili plebi iterum religionem imminuere videretur.
Quid? quod hic characterismus ne Palatini quidem libri addita-
mentis in verborum ordinem receptis integritati redditus, sed
aliquid etiam nunc deesse videtur, qua compage fortasse conti-
nebantur quae dispersa nunc sunt. — Quod vero tertium prae
se ferunt, inesse quae ab rei veritate absint, id uno, ni fallimur,
exemplo comprobare conantur, quo superstitiosus, si farinae
saccus a mure arrosus est, adire narratur sacrorum rituum in-
terpretem, et quamquam ab hoc ferat responsum, tradendum
saccum coriario esse, qui sarciat, nihilo magis ei obsequitur,
immo abominatus interpretem omen sacrificiis expiat; id abhorre-
re ab sacrorum interpretum ingenio, quod scite et festive responsis

6) Cf. Thucyd. III. 82. Isocrat. de Antid. p. 123. Orell. Areopag. c. 18. Plat. de rep. VIII. p. 560. extr. Rutil. Lup. I, 4. Plutarch. Sol. 15. Alcib. 16. 7) Diog. L. V. 48. 8) Id. V. 37.

suae ipse arti illudat. Nimirum fingunt sibi Atheniensium *ἐξηγητάς*, quales monachi in quibusdam fabulis et historiis romanensibus finguntur; sed illorum erat longe diversa ratio, quos non solum *ἐξηγήσασθαι τὰ νόμιμα* sive ritus docuisse, sed nonnumquam etiam *συμβουλεῦσαι τὰ σύμφορα* sive suasisse, quae e re essent, Demosthenes [9]) docere poterat; neque respondebant fere, nisi de quibus rebus in libris rituum perscriptum esset; et animadverte et Demosthenem dicere, *ἦλθον ὡς τοὺς ἐξηγητάς, ἵνα εἰδείην ὅ τι με χρὴ ποιεῖν*, et Theophrastum, *πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν ἐρωτᾶν τί χρὴ ποιεῖν*. — Statim ab initio leguntur *ἀμέλει ἡ δεισιδαιμονία δόξειεν ἂν εἶναι δειλία* [10]) *πρὸς τὸ δαιμόνιον*, in quibus opus non erat *δὲ* particulam post *ἀμέλει* de coniectura interponere „quasi id sermonis ratio in hoc libello postulet," cum ea particula 5, 1. 13, 1. 18, 1. non magis extet. Sed hoc levius. Prima vero superstitiosi nota haec est: *ὁ δὲ δεισιδαίμων τοιοῦτός τις, οἷος ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας καὶ περιῤῥανάμενος ἀπὸ ἱεροῦ, δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβὼν οὕτω τὴν ἡμέραν περιπατεῖν*. Hic igitur Palatinus liber post *οἷος* monstrum interponit vocabuli *ἐπιχρωνῆν*, vel *ἐπὶ χρωνῆν*, quod qui tolli iubet, glossema dicens verbi nescio cuius, nodum is maluit dissecare quam solvendo expedire. Nobis, qui Alexandri non sumus, expediendi opera supersedere non licet; sed cum interpretum alius *ἐπὶ κρήνην*, alius *ἀπὸ κρήνης*, Fossius [11]) *ἐπεὶ ἐπὶ χοῶν ἦν* proponeret, primum illud non facilem habet grammaticorum filiis explicatum, et praestaret certe *ἐπὶ κρήνης*, alterum nimis a litterarum vestigiis recedit, tertium et *ἐπεὶ ἐπὶ* concurrentibus ingratissimum accidit auribus, et superstitiosi huius indoli repugnat, qui cum narretur neque ad sepulcra neque ad mortuum accedere (*οὔτε ἐπιβῆναι μνήματι οὔτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν*), ne potest quidem ipse *ἐπὶ χοῶν εἶναι*, sed quae inferiae debeantur propinquorum manibus probabile est eum per alios offerre. Illud vero satis patet, cum etiam is qui superstitiosus non sit, manus lavarit, nisi forte plane foedus vel *δυςχερής* est, superstitiosum dici non posse lavare manus, sed dicendus est

---

9) c. Euerg. 1160. 10) Etiam Hesychius habet *Δεισιδαίμων - ὁ καὶ δειλὸς περὶ θεούς*. 11) comment. I. p. 14. [In edit. idem *ἐπὶ χοῶν που* [*γενόμενος*] scripsit. Meieri coni. *ἐπὶ χερνίβων* probavit Hartung.]

ita lavare, ut lavando differat ab reliquis mortalibus; dixeris eum sacra vel lustrali aqua lavare, et huc quoque ex iis quae sequuntur repetendum esse ἀπὸ ἱεροῦ; sed hoc si voluisset, satius erat ἀπὸ ἱεροῦ ἀπονιψάμενος scribere; quare credibile est ut lustrandi ita lavandi propriam quandam fuisse superstitioso industriam, et hic aut ἀπὸ vel ἐπὶ κρουνῶν aut ἀπὸ vel ἐπὶ χερνίβων vel aliquid simile latere. Ita Menander [12]) ἀπὸ κρουνῶν τριῶν ὕδατι περίῤῥαν'. Sed χέρνιβα etsi Homerus de communi dixit et profana aqua, qua manus lavantur, Attici tamen scriptores tantum de aqua lustrali manuum dixerunt in vasis quibusdam recondita, quibus χερνιβίων nomen erat. Id vocabulum, si compendiis erat vel notis scriptum, in illud monstrum abisse non mirum est. Δάφνης vero maluimus retinere quam δάφνην ex Palatino scribere, si quidem ramos vel folia lauri, non laurum in ore tenet superstitiosus. Hoc ille quotidie facit, quod reliqui, nisi postquam aliqua labe polluti sunt, non faciunt. — Sequitur: καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν παραδράμῃ γαλῆ, μὴ πρότερον πορευθῆναι ἕως ἂν διεξέλθῃ τις ἢ λίθους τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ διαβάλῃ, mustela si praeterivit, non ante proficiscitur, donec aliquis viam transierit, aut ipse tres lapides super viam traiecerit. Erit igitur ei diu exspectandum, nisi ipse ita valet arte, ut illorum lapidum iactu omnem viam possit superare; sed fortasse ei succurrere licet, qui minus valet, et cum δὴ et ἂν saepius cum δι confundi palaeographiae auctores doceant, vide scribendumne sit: ἕως ἂν δὴ ἢ ἐξέλθῃ τις ἢ λίθους τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ ἂν βάλῃ. Nam ἕως δὴ et alii coniungunt et Xenophon. [13]). — Pergit: καὶ ἐὰν ἴδῃ σοφὴν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι. Ita reliqui libri; Palatinus vero: καὶ ἐὰν ἴδῃ ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐὰν παρείαν, Σαβάδιον καλεῖν, ἐὰν δὲ ἱερὸν, ἐνταῦθα ἱερὸν (ἱερῷ alii referunt inesse in libro) εὐθὺς ἱδρύσασθαι. Hoc additamentum qui grammatico deberi vult eruditionem suam venditanti, iam ab Fossio explosus est; sed quod hic duplex serpentium genus indicari videtur, alterum παρειῶν, quod satis est notum, alterum ἱερῶν, quod non est ignotum, Fossius [14]) in suspicionem vocavit; nam repetitum ἐὰν neque graecum et plane

12) p. 42. Mein. 13) Cf. Hist. Gr. 2, 3, 13. 4, 4, 19. 14) comment. I. 34. [Nuper idem ἐπ' ἠρίου scripsit.]

ineptum videri; dein sacrum serpentem Thessaliae proprium fuisse, Theophrastum autem, cum Atheniensibus scripserit et eorum ex urbe sua derivaverit exempla, non potuisse in superstitiosum eas conferre ineptias, quae nisi in Thessalia cerni non possent; neque rationem sacelli exstruendi patere, nisi ludere verbo vellet superstitiosus; neque denique *ἐνταῦθα* habere, quo referretur commode; scribendum igitur videri, *καὶ ἐὰν παρείαν ἴδῃ ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, Σαβάζιον καλεῖν, ἐὰν δ' ἐν* (vel *ἐπ'*) *ἡρίῳ, ἐντ. ἱερ. εὐθ. ἱδρ.* At superstitiosus hic cum ne adeat quidem sepulcra, etiam in sepulcris nihil conspicere potest, in sepulcris vero sacellum exstruere etiam iis Atheniensium religioni fuerit, qui superstitiosi non essent. Sed quattuor illis argumentis non adducimur omnino, ut locum corruptum arbitremur; nam primum *ἐὰν* et *εἰ* particulae recte repetuntur, cum conditionalis sententia in aliquot partes dispescitur [15]); neque Aristoteles, si narrat in Thessalia sacrum, qui dicatur, serpentem omnes perdere non solum quos momorderit sed etiam quos tetigerit, negare putandus est eum serpentem etiam alias nonnumquam apparere; nobis vero satis est apparere potuisse; nam semper *τέρας* habitum esse, si appareret, non erat dubium; cur vero conspectum eum aspida sacello exstructo neque alia re putet expiandum superstitiosus, id non nostrum est quaerere; fecerit hoc suadentibus ita sacrorum rituum sive libris sive interpretibus; denique *ἐνταῦθα* eam significat partem aedium, in qua conspectus est anguis. Ceterum non serpenti, sed deo averrunco exstruitur sacellum. — Nonnullis versibus interpositis leguntur: *Καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθαριεῖν*, quae Palatinus in hunc modum auxit: *καθᾶραι δεῖν, ὡς Ἑκάτης φάσκων ἐπαγωγὴν γεγονέναι· κἂν γλαῦκα βαδίζοντος αὐτοῦ ταράττεται, καὶ εἰπὼν „Ἀθηνᾶ κρείττων“ παρελθεῖν οὕτω.* In his nisi quod *καθᾶραι δεινὸς, Ἑκάτης — ταράττεσθαι* scribendum esse omnes recte vide-

15) Xenoph. H. Gr. 7, 4, 8. *ἀξιοῦμεν, εἰ μέν τινα ὁρᾶτε σωτηρίαν ὑμῖν, ἐὰν διακαρτερῶμεν πολεμοῦντες, διδάξαι καὶ ἡμᾶς· εἰ δὲ ἀπόρως γιγνώσκετε ἔχοντα τὰ ὑμέτερα, εἰ μὲν καὶ ὑμῖν συμφέρει, ποιήσασθαι μεθ' ἡμῶν τὴν εἰρήνην, εἰ μέντοι ὑμεῖς λογίζεσθε συμφέρειν ὑμῖν πολεμεῖν, δεόμεθα ὑμῶν κτλ.* Demosth. c. Mid. p. 529, extr. *ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, δεδέσθω, ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, μέχρι ἂν ἐκτίσῃ.*

runt, noli quidquam mutare, quamquam ne Fossius quidem supersederi coniecturis posse ratus est, qui (p. 41.) has proposuit: *κἂν γλαῦκα βαδίζ. αὐτ. ἀνακραγοῦσαν* vel *παραπτᾶσαν ταράττ.*, vel *κἂν γλαυκὶ βαδιζ. αὐτ. ταράττ.* Sententia haec est: cum ambulat, metuit vel noctuam, neque praeterit nisi postquam propitiam sibi Minervam precatus est. — Sequuntur: 6
καὶ οὔτε ἐπιβῆναι μνήματι, οὔτ' ἐπὶ νεκρὸν οὔτ' ἐπὶ λεχὼ ἐλθεῖν ἐθελῆσαι, ἀλλὰ τὸ μὴ μιαίνεσθαι συμφέρον φῆσαι αὐτῷ (*μαίνεσθαι-φήσας* Palat.). *Καὶ ταῖς τετάρταις δὲ καὶ ταῖς ἑβδόμαις* (*ἑβδομάταις* Pal.) *προςτάξας οἶνον ἕψειν τοῖς ἔνδον, ἐξελθὼν ἀγοράσαι μυρσίνας λιβανωτῶν πίνακα καὶ εἰςελθὼν εἴσω στεφανοῦν* (Pal. *στεφανῶν*) *τοὺς Ἑρμαφροδίτους ὅλην τὴν ἡμέραν.* In his Fossius recte perspexit neque *καὶ* particulam ante *ἐξελθὼν* desiderari, neque *λιβανωτῶν* vel *λιβανωτοῦ πίνακα* locum habere; sed quod ille proposuit *λιβανωτὸν, πόπανα* dissimile veri; tu scribe *λιβανωτὸν, στύρακα.* Styrax sive storax uti myrrha et thus suffimentorum in numero est, quibus coronat Hermaphroditos diebus quartanis et septimanis cuiusvis mensis, quod Hermaphroditi Venere et Mercurio nati putabantur, quibus illi dies sacri perhibebantur [16]. *Οἱ ἔνδον* servorum familia etiam alibi [17] dicuntur. — Idem superstitiosus, ubi insomnium vidit, qualecumque demum est, solet simul adire et somniorum coniectores, et aruspices — id enim hic [18] *μάντεις* vocabulo significatur, — et augures eos simul [19] consulere, neque alia caussa nisi ut cognoscat cui deo deaeve bonas preces precetur; reliqui mortales, si visum ita est mirum, ut non temere neglegi posse videatur, aut ad augurum aliquem, aut ad aruspicem, aut ad somniorum interpretem detulerint et ab eo petiverint, quid illo insomnio portendatur et quibus modis infaustum portentum avertere liceat, neque diversissimarum artium vaticiniis simul utantur. — Circa finem huius notationis extant in Palatino: *καὶ*

---

16) Lobeck. Aglaoph. 430 sqq. 17) Cf. 4, 2. 3. 11, 5.
18) *Μάντεις* vocabulum cum latius pateat et omnes diversissimarum artium vates comprehendat, Paus. I. 34, 5. Galen. Comment. in Hippocrat. de morb. acut. 1, p. 10. b. tum Homero Il. A. 64. de auguribus est dictum.
19) Nam hoc inest verbis, *καὶ ὅταν ἐνύπνιον ἴδῃ, πορεύεσθαι πρὸς τοὺς ὀνειροκρίτας, πρὸς τοὺς μάντεις, πρὸς τοὺς ὀρνιθοσκόπους, τίνι θεῷ ἢ θεᾷ εὔχεσθαι δεῖ.*

περιῤῥαινομένων ἐπὶ θαλάττης ἐπιμελῶς δόξειεν ἂν εἶναι· κἄν ποτε ἐπίδῃ σκορόδῳ ἐστεμμένων τῶν ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἀπελθόντων, κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι, in quibus praeterquam quod *ἀπὸ θαλ.* scribendum et distinctionis signa tollenda sunt, quae ante *ἐπιμελῶς* et post *σκορόδῳ* leguntur, nulla omnino mutatione opus est, ne ea quidem, quam Fossius (p. 18.) proposuit *περιῤῥ. ἐπιμελῶς ἀπὸ θαλ. — ἐστεμμένον*; neque enim aut adverbium aliquot vocabulis interpositis ab verbo suo seiunctum offensioni esse debet [20]), aut videndi verbum cum genitivo participii coniunctum exemplo caret [21]).

Hac expedita notatione brevioribus esse licebit in *μεμψιμοιρίας* characterismo, quae cum ita finiatur: *Ἔστι δὲ ἡ μεμψιμοιρία ἐπιτίμησις παρὰ τὸ προσῆκον δεδομένη*, in Palatino autem in hunc modum: *ἐ. δ. ἡ. μ. ἐπιτίμησις περὶ τῶν προσηκῶς δεδομένων*, utraque scriptura vitii est manifesta, emendandi autem viam alius aliam inivit; hic *δεδομένη* abesse vel *γενομένη* eius in loco poni voluit, ille cum Palatino fecit, nisi quod *προσηνῶς* scribendum, alius *ἐπιτίμησις παρὰ τὸ προσῆκον δεομένων*, alius *ἐπιτίμησις παρὰ τὸ προσῆκον τῶν διδομένων* rescripsit, quae emendationes neque rei respondent et ab litterarum vestigiis nimis recedunt. Tu scribe: *ἡ μεμψ. ἐπιτίμ. περὶ τῶν πέρα τοῦ προσήκοντος δεδομένων*, ut sensus sit, *μεμψ.* querela est de rebus supra aequitatis rationem et iuris legem datis *). Huic finitioni omnia respondent, quibus ipse *μεμψίμοιρος* describitur; nihil eorum, quaecumque ei oblata sunt, poterat iure aliquo vel lege exspectare; tamen tantum abest, ut iis vel delectetur vel obstrictum se sentiat, ut semper aliquid in iis inveniat, quod reprehendat; amicus ei absenti ferculum mittit, amica eum amantissime osculatur, ipse crumenam in via invenit; eorum nihil suo merito exspectare poterat, immo sunt omnia *πέρα τοῦ προσήκοντος δεδομένα*; tamen reprehendit quod amicus se non ad coenam vocavit; dubitat, amica num ex animo osculetur; queritur

---

20) Ita Demosthenes p. 68, 23. *ἰδίᾳ τὸ λυσιτελοῦν.* c. Mid. 540, 14. Xenoph. Cyrop. I, 4, 3. *ἀεὶ τοὺς παρόντας.* Corp. Inscr. no. 2347. *ἀεὶ οἱ ἐν ἀρχῇ ὄντες.* Plat. Cratyl. §. 83. *νῦν δ' ἐρωτᾷς* et alia innumera.
21) Cf. Bernhardy Synt. p. 151.

*) [Probavit Hartung. *περὶ* praepositione expulsa.]

quod numquam thesaurum invenit. Eiusdem generis sunt reliqua; unum non est, *καὶ τῷ Διῒ ἀγανακτεῖν οὐ διότι ὕει, ἀλλὰ διότι ὕστερον;* sed hoc sive retines *διότι ὕει*, sive, quod nonnulli voluerunt, *διότι οὐχ ὕει* rescribis, quamquam hac mutatione 7
nihil omnino proficitur, corruptum videtur; nam sive dicitur Iovi succensere non solum quod pluit sed quod serius, sive dicitur ei irasci non solum quod non pluit sed quod serius, neutrum *μεμψιμοίρου* proprium est; si enim serius pluit quam frugibus e re est, omnes queruntur, qui omnino quidquam queruntur. Ulcus igitur aliquod hic lateat necesse est; quem vero in modum ei medeamur, nondum perspeximus *). In reliquis vero, quae sequuntur, Palatinus liber ita emendatus est, ut eum unum sequi tutissimum sit; neque audiendi sunt, si qui vel in verbis *καὶ εὑρὼν ἐν τῇ ὁδῷ βαλάντιον εἰπεῖν, ἀλλ' οὐ θησαυρὸν εὕρηκα οὐδέποτε*, rescribi „u t fortius," volunt *οὐδεπώποτε*, vel in verbis *θαυμάζω εἰπεῖν ὅτι ὑγιὲς οὕτω ἄξιον ἐώνημαι*, desiderant *εἴ τι*, quasi vero res incerta agatur, neque ille miretur rem certam quandam, quam vili pretio emerit, sanam esse („es sollte mich wundern dass das gesund sei, was ich so wohlfeil gekauft habe.") Denique in postremis *Καὶ ἐράνου εἰςενεχθέντος παρὰ τῶν φίλων καὶ φήσαντός τινος, „Ἱλαρὸς ἔστω," „Καὶ πῶς" εἰπεῖν, „ὅτι δεῖ τὸ ἀργύριον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ καὶ χωρὶς τούτων χάριν ὀφείλειν ὡς εὐηργετημένον*, minime necesse est *ὅτε* pro *ὅτι* rescribatur; immo latet quaedam acerba ironia in *ὅτι*; cum stipe ab amicis collata hilaris esse iubetur, quaerit: Et cur hilaris sim? num propterea quod reddendae singulis stipes sunt et gratia insuper quasi accepti beneficii debetur?

Sequitur notatio diffidentiae, quam cum Theophrastus ita definiat: *ἔστιν ἀμέλει ἡ ἀπιστία ὑπόληψίς τις ἀδικίας κατὰ πάντων*, nuperus editor praeter necessitatem intrusit *ἔστι δ' ἀμέλει*. Diffidens vero is dicitur esse, *οἷος ἀποστείλας τὸν παῖδα ὀψωνήσοντα ἕτερον παῖδα πέμπειν πευσόμενον πόσου ἐπρίατο.* Hic Palatinus *τὸν* addit ante *πευσόμενον*, id quod male reprehensum est nuper; sed qui ante *παῖδα* extat articulus ferri non potest, cum hic diffidens neque unum habeat mancipium, neque puer ille nobis iam aliunde notus sit; scribendum: *οἷος ἀποστεί-*

*) [Codd. scripturam Foss. defendit comm. II. p. 6.]

λας παῖδα τὸν ὀψωνήσοντα ἕτερον παῖδα πέμπειν τὸν πευσόμενον. — Pergit *καὶ φέρων αὐτὸς τὸ ἀργύριον κατὰ στάδιον ἀριθμεῖν πόσον ἐστί.* Hic unus Palatinus et *πόσον ἐστί* omittit **), et *καθίζων* ante *ἀριθμεῖν* interponit, utrumque verissime; nam et illud additamentum plane otiosum est, cum quicumque pecuniam numerare dicitur, numeret *πόσον ἐστί*; hoc vero qui ad rem pertinere negat, quum homo suspiciosus possit etiam stans vel ambulans pecuniam numerare, is praetervidit non agi hic temere fortuitoque sed pecuniae numerandae caussa sedentem. Id quantum faciat ad suspicacis mores depingendos, non attinet dicere. *Τὸ ἀργύριον* significat pecuniam, quae portanda sit: „und wenn er auch selbst das Geld trägt (nämlich, was zu tragen ist), so setzt er sich doch jedes Stadium nieder, um es zu zählen.“ Sunt vero, qui Theophrastum reprehendant, quasi hic in diffidentem retulerit, quod potius in avarum cadat; nam qui pecuniam ipse portet, non posse neque aliis neque sibi diffidere; videri igitur eum pecuniam numerare non propter diffidentiam, sed quod delectetur possidenda pecunia. Nobis contra videtur utrisque hic diffidere, et aliis, ne fraude se circumveniant furtumque sibi faciant, et sibi, ne incuriam aliquam committat. — Mox traditur diffidens: *καὶ τοὺς ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον μετὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖν τοὺς τόκους, ὅπως μὴ δύναιντο ἔξαρνοι γενέσθαι.* Hic neque grammaticus audiendus est, qui *δύνωνται* rescribi iussit, cum etiam praegresso praesenti optativus sequi debeat, modo id, cuius caussa aliquid fieri dicitur, non certo expectetur sed in dubitatione positum sit, veluti quod Aristophanes [22]) dixit, *τοῦτον δ' ὀχῶ ἵνα μὴ ταλαιπωροῖτο μηδ' ἄχθος φέροι.* Nam nostrum locum ita licet explicare, „ut negare non possint,“ si maxime velint (*ἵνα μὴ δύναιντο* sc. *εἰ βούλοιντο*), atque hoc ipsum, velintne an non velint, videbimus. Neque magis audiendus est, qui cum usuris exigendis testes adhibere inepti potius quam diffidentis arbitretur esse mireturque testium
8 facilitatem stolido homini morigerantium, inducenda putat *τοὺς τόκους* vocabula, ut non usuras sed caput sive sortem repetere

**) [Verba ea defendit Foss. comm. II. p. 8.]

22) Ran. 23. cf. Schoemannum nostrum ad Isaeum p. 238 sqq., qui aliam eius rei explicandae viam inivit.

dicatur. Haec coniectura neque sensum habet commodum, neque necessaria est; nam ea recepta quorsum valeant ἵνα μὴ δύναιντο ἐξ. γεν. prorsus non patet; si vero usuris exigendis testes adhibere dicitur, fecerit id vel ut, si negentur usurae, habeat quos antestetur, vel si non negentur, habeat, qui si forte postea debitori in mentem veniat negare debitum, hoc ipsum testentur eum se praesentibus, cum usurae peterentur, non negasse, atque hoc posterius verum esse docent verba ἵνα — γενέσθαι. „Und von seinen Schuldnern fordert er die Zinsen in Gegenwart von Zeugen ein, damit si ihm nie das Capital abstreiten können." Si quid esset inducendum, unum ἀργύριον mallemus abesse. — Mox cum Gesnero scribendum, καὶ τὸ ἱμάτιον ἐκδοῦναι δεινός, οὐχ ὃς ὡς βέλτιστα ἐργάσεται, ἀλλ' ὅταν ᾖ ἄξιος ἐγγυητὴς τοῦ κναφέως, cum in libris omnibus ὃς omittatur, unde editorum plerique οὐχ ὃς βέλτιστα; neque vero caussae quidquam est, cur aut uno ex libro ἐργάζεται, aut invitis omnibus libris ὅτου ἂν ᾖ ἄ. ἐγγ. scribatur omissis verbis τοῦ κναφ.; namque satis constat conditionales particulas, veluti εἰ, ἐὰν, ὅταν, explicationi praecedentium non minus quam relativum pronomen inservire. Quae sequuntur καὶ ὅταν ἥκῃ τις αἰτησόμενος ἐκπώματα, μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι· ἂν δ' ἄρα τις οἰκεῖος ᾖ καὶ ἀναγκαῖος μόνον ἐπυρώσας καὶ στήσας καὶ σχεδὸν ἐγγυητὴν λαβὼν χρήσει, in his scribendum esse χρῆσαι Schneiderus, ᾖ Orellius, ὄνομα ἐντυπώσας vero Fossius [23]) et Orellius [24]) viderunt; propius tamen accesserit ad librorum scripturam: μόνον ὄνομα ἐμπυρώσας, modo probari possit ἐμπυροῦν habere „inurendi" significatum. — Denique praeter omnem rationem nuperus editor in verbis καὶ τὸν παῖδα ἀκολουθοῦντα κελεύειν αὐτοῦ ὄπισθεν μὴ βαδίζειν articulum ante ἀκολουθ. addidit; nam diffidentis non est, certum quendam puerum pedisequum habere, sed raro tantum et necessitate aliqua cogente iubet mancipium se comitari. Neque rectius idem editor in hunc characterismum rettulit, καὶ τοὺς ὅρους δὲ ἐπισκοπεῖσθαι ὁσημέραι εἰ διαμένουσιν οἱ αὐτοί, quae quidem in diffidentem referri posse non negamus. Cum vero ὅροι duplices fuerint lapides, alii finium

23) Foss. comm. I. p. 21.

24) Io. Casp. Orell. Procem. ad Indic. scholar. Turic. 1834. p. 17.

regundorum, alii hypothecarum significandi caussa positi, interpretes ne quaesiverunt quidem, de utro hic genere ageretur; nobis quidem Theophrastus haec si de diffidente dixisset, videretur ad posterius, cum de homine pusillo et illiberali dixerit, qualis est μικρολόγος, ad prius genus retulisse videtur.

X.

COMMENTATIO THEOPHRASTEA TERTIA *).

I.

Theophrasti morum notationes aliquot scripturae mendis 3
iam olim liberare apud vos [1]) conati, ne nunc quidem, quamquam duobus abhinc annis Duebneri diligentia factum est, ut Lutetiae Parisiorum paullo prodirent emendatiores, inutile arbitramur oculis denuo et eo quidem consilio perlustrare, ut apud vos novis quibusdam exemplis comprobemus tum in iis, quae sana visa sint, superesse quae aegrotent, tum in iis quae laborare iam diu perspectum sit, extare quibus cum iusta probabilisque medicina nondum sit adhibita, periclitari nos quoque debeamus num probabilius mederi possimus. Utrumque breviter, et ubi opus quidem videbitur, rationibus accurate subductis sed sic facturi sumus, ut aliquid etiam legentium industriae relinquamus; neque enim scribimus ignaviae et socordiae, sed adolescentibus, quorum studia incendere, quorum mentes acuere debemus. Elegimus autem nunc quinque characterismos pertractandos foeditatis, vanae ambitionis, sordidae illiberalitatis, superbiae et ignaviae.

Initium autem ab δυςχερείᾳ sive foeditate (c. XIX.) faciamus, quam cum Theophrastus definiat esse corporis et munditiae omissam curam quae (aliis) taedium faciat [2]), huic quidem finitioni respondet quae statim sequitur foedi descriptio, qua foedus sive spurcus lepra et vitiligino alba laborare unguesque maiores iusto alere, eoque corporis habitu cum sit, non domi se continere dicitur, sed huc illuc ambulare, et quasi vero eam rem

---

*) [Praemissa ind. schol. aestiv. a. 1842.] 1) Prooem. Ind. Schol. 1830, 1834—35. 2) Ἔστιν ἡ δυςχέρεια ἀθεραπευσία σώματος λύπης παρασκευαστική.

agat, ut spurcitati suae etiam nolentium oculos advertat, insuper dicere etsi ab nullo interrogatus, eos sibi morbos avitos gentiliciosque esse, quippe quibus ne pater quidem avusque careant, unde factum ut suae genti difficile sit supponi qui alieni sint genti; respondet etiam, quod adiicitur ulcera eum in tibiis et tubercula in manibus habere, neque ea curari sed exasperari pati, denique alas ferinas et hirsutas, dentes autem nigros et exesos habere. Reliqua vero descriptio, ni fallor, ab ipsius Theophrasti definitione abhorret vehementer: huius partem poste-
4 riorem, quae ab verbis *καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης βλασφημῆσαι* [3]) usque ad finem characterismi in libris reperiatur, non in spurcum cadere iam multi perspexerunt, eamque alii ad stupiditatem sive *ἀναισθησίαν* (c. XIV.), alii ad impuritatem sive *βδελυρίαν* (c. XI.) putarunt referendam esse. Verum vescentem emungi, bibentem ructari, rem sacram facientem simulatque libare coeperit loqui, alloquentem sputum emittere, mensae accumbentem coire in stragula veste cum sua uxore,

---

3) *Ὁ δὲ δυσχερὴς τοιοῦτός τις οἷος λέπραν ἔχων καὶ ἀλφὸν καὶ τοὺς ὄνυχας μεγάλους* [a]] *περιπατεῖν καὶ φῆσαι ταῦτα εἶναι αὐτῷ συγγενικὰ ἀῤῥωστήματα, ἔχειν γὰρ αὐτὸν* [b]] *καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν πάππον καὶ* [c]] *οὐκ εἶναι ῥᾴδιον εἰς τὸ γένος ὑποβάλλεσθαι* [d]]. *ἀμέλει δὲ δεινὸς καὶ ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις καὶ προπταίσματα ἐν τοῖς δακτύλοις καὶ ταῦτα μὴ θεραπεῦσαι ἀλλ' ἐᾶσαι θηριωθῆναι, καὶ τὰς μασχάλας δὲ θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἄχρι ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν καὶ τοὺς ὀδόντας μέλανας καὶ ἐσθιομένους ὥστε δυσέντευκτος εἶναι καὶ ἀηδὴς καὶ τὰ τοιαῦτα* [e]].

---

a] Illud adduci non possum ut sanum arbitrer; ungues enim magni tantum afuit ut antiquitati opprobrio viderentur, ut modo curati essent recti, etiam venustatis loco putarentur; cf. si tanti est Boettigeri Sabin. I, 320. b] Ita Vatic., *ἀῤῥ. καὶ τὸν πατέρα ἔχειν καὶ τὸν πάππον* reliqui. Mihi pro *αὐτὸν* illo Vaticani libri vel cum Fossio *αὐτοῦ* vel *αὐτὰ* scribendum videtur. [*αὐτὰ* cum Hartungio nunc praefert Foss.] c] Malo *ὥςτε*, quod quam saepe librarii scribae cum *καὶ* confundant, non fugit palaeographiae peritos. d] *καὶ — ὑποβάλλεσθαι* accesserunt ex Palatino, quibus qui eo nomine status controversiam moverunt, quod officiant foedi descriptioni et suggerant impudentiae speciem, eos fugisse videtur, si qua ea sit culpa, eandem in superiora etiam verba cadere, quibus uti spurcus dicatur. Etenim omnis oratio spurci, in commemoranda corporis labe sibi adeo placentis, taedium aliorum non mediocriter auget. e] *καὶ τὰ τοιαῦτα* immerito in suspicionem vocata esse ab Astio comprobavi exemplis comm. II.

oleo rancido in balneis uti, tunica crassiore indutum et pallio nimis detrito maculisque pleno amictum prodire in forum [4]) ad neglectum corporis cultum, ad omissam munditiae curam non magis pertinet quam matre ad haruspicem exeunte non favere lingua sed verbis malis abuti. Neque vero transpositione sanandus videtur locus, sed facilior quaedam et paullo probabilior adest medicina. Intercidisse enim statuo post *καὶ τὰ τοιαῦτα* quibus et *δυςχερείας* extrema pars et principium novi characterismi continerentur. Eum novum characterismum non ausim certo dicere qualis fuerit, sed coniicio „incpti“ indolem esse complexum.

Simili medicina etiam *ἀνελευθερίας* sive sordidae illiberalitatis descriptio (c. XXII.) egere videtur; nam quae hic extremo leguntur capite, quibus calceis uti duplici fulmenta suppactis (quo non calcei, quibus postquam usu abrasi et detriti sunt, nova fulmenta, sed quibus duplex solea statim ab initio subducta est,

4) *Ἐσθίων ἀπομύττεσθαι, θύειν ἀρξάμενος προςλαλεῖν καὶ ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος· ἅμα πιεῖν προςερυγγάνειν· ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι· ἱμάτιον κηλίδων μεστὸν ἀναβαλόμενος εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν*, libri plerique; *ἐσθ. ἀπομ., θύων ἅμα δ' ἀρξασθαι προςλαλῶν ἀποῤῥ. ἀ. τ. σ., ἅμα πιὼν προςερ. Ἀναπίπτοντος ἐν τοῖς στρώμασι, μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κοιμᾶσθαι· ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρώμενος σφύζεσθαι καὶ χιτωνίσκον παχὺν καὶ ἱμάτιον σφόδρα λεπτὸν καὶ κηλ. μ. ἀ. ἑ. ἀ. ἐξ.*, Vaticanus. Ea alius alio modo in ordinem conatus est redigere, quorum coniecturas diligentius Fossius meus persecutus est (Comm. Theophr. II. p. 10 sqq.) Eorum si nihil mihi placere dico, aliis fortasse non magis placebunt, quae ego nunc tamqnam mea propono: *ἐσθίων ἀπομύττεσθαι, καὶ πιὼν προςερυγγάνειν· καὶ θύων δὲ ἅμα τε κατάρξασθαι καὶ λαλεῖν· καὶ προςλαλῶν ἅμα ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος. ἀναπίπτοντος δέ., ἐν τοῖς στρώμασι μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κοιμᾶσθαι, καὶ ἐλ. σ. ἐ. β. χρώμενος . . . . εσθαι, καὶ χιτωνίσκον παχὺν ἔχων καὶ ἱμάτιον κτλ. Κατάρξασθαι* rescripsi, quo verbo constat ritus significari eos, ab quibus rei sacrae faciendae initium fiebat. Interpunctionem mutavi, ut *ἐν τοῖς στρώμασι* ne coniungatur cum *ἀναπ.*, sed cum *κοιμᾶσθαι* verbo; neque vero illud anacoluthon, quo *ἀναπίπτοντος* sic accipio nbi severioris grammaticae praecepta *ἀναπίπτων* postulant, aut offensioni aut rarum usu est; si quid tamen mutandum, *ἀναπιπτόντων* scripserim, „mensae nbi accumbitur.“ Denique *ἔχων*, quod propter praecedens *παχὺν* facile interciderit, adieci, ne ad zeugma recurrendum sit, nam *ἱμάτιον* quidem *ἀναβάλλεσθαι* dicitur (cf. Ast in Theophr. Ch. 26. p. 225.), *χιτῶνα* autem et *χιτωνίσκον ἐνδύεσθαι* vel *ἐνάπτεσθαι*.

significantur) et mane surgens domum verrere lectosque tergere, denique pallium invertere dicitur, ea in sordidum potius et avarum qnam in illiberalem cadunt ab sumptibus cuiuscunqne *φιλοτιμίας* abhorrentem. Itaque etiam hic vide ne interciderint qnaedam, qnae clausulam *ἀνελευθερίας* et principium novi characterismi continebant.

II.

Sed prius dicendum est de characterismo eo, qui inscribitur *περὶ μικροφιλοτιμίας* (c. XXI.) sive de frivola ostentatione ex rebns futilibus gloriolam et gratiam aucupantis, in qno plura supersunt, quae tollere et oorrigere velis. Etenim ubi *μικροφιλότιμος* dicitur *τοιοῦτος οἷος — καὶ τὸν υἱὸν ἀποκεῖραι ἀναγαγιὼν εἰς Δελφούς*, cum in ea re omne sententiae robur sit, quod Delphos filium ducat comam depositurum, malo *ἀναγαγεῖν* rescribere. Mox rescribe: *καὶ πομπεύσας δὲ μετὰ τῶν ἱππέων τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀποδοῦναι*[5]) *τῷ παιδὶ ἀπενεγκεῖν οἴκαδε, ἀναβαλόμενος δὲ θοἰμάτιον ἐν τοῖς*[6]) *μύωψι κατὰ*[7]) *τὴν ἀγορὰν περιπατεῖν*, ubi quod ex Palatino accessit *ἐν τοῖς μύωψι* adeo necessarium est, ut sine eo ne stare quidem oratio possit. Etenim hoc absente additamento non patet neque, quid sit quod unum ille non reddat, cum reliqna referenda domum pedisequo reddat, neque qnonam modo illa nota in *μικροφιλότιμον* conveniat; nam ambulare in foro amictum pallio vel, si mavis, colligentem pallium erat temporibns illis si minus omnium Atheniensium, certe omnium quicumque habitus quandam elegantiam captabant, at gloriolam venantium non erat. Accessio autem illa docet velle eum etiam finita equitum transvectione sciri se equitem eqno publico esse; eam ob caussam calcaria non reddit, cum reliqua reddat, sed cum calcaribus volitat per forum. Quodsi Theophrastus non *θοἰμάτιον*, quod omnino pallium virile, sed *ξυστίδα* id est vestem appellasset, quae Atticorum equitum non minns propria erat quam trabea Romanorum, *ἐν τοῖς μύωψι* fecisset quidem ad orationis ornatum neque vero sic ut nunc esset neccssarium.

---

5) Ita libri plerique, *δοῦναι* Palat. 6) *ταῖς* Palat., sed cf. Lobeck. Paralip. 117 sq. 7) Ita Palat., *εἰς* reliqui.

Pergit: *καὶ ἀναθεὶς δακτύλιον χαλκοῦν ἐν τῷ Ἀσκληπιείῳ*[8]) *τοῦτον ἐκτρίβειν στεφανοῦντα ἀλείφειν*[9]) *ὁσημέραι*, ubi rescribo: *ἐκτρίβειν, στεφανοῦν, ἀπαλείφειν ὁσ.* „Si, quod fortasse a morbo vel ipse vel aliquis suorum convaluit, annulum aeneum in Aesculapii templo dedicatum suspendit, quotidie eam in aedem itat, ut annulum laeviget, abstergat, aeruginem arceat.“ *Στεφανοῦν* non credo verum esse neque tamen scio quid in eo lateat reconditum.

In eo quod sequitur enunciato, *ἀμέλει δὲ καὶ συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν πρυτάνεων ὅπως ἀπαγγείλῃ*[10]) *τῷ δήμῳ τὰ ἱερὰ καὶ παρεσκευασμένος*[11]) *λαμπρὸν ἱμάτιον καὶ ἐστεφανωμένος παρελθὼν εἰπεῖν*, „*Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν τὰ μὲν ἄξια καὶ τὰ ἱερὰ καλὰ καὶ ὑμεῖς δέχεσθε τὰ ἀγαθά*,“ *καὶ ταῦτα ἀπαγγείλας ἀπιὼν διηγήσασθαι οἴκαδε τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ ὡς καθ᾽ ὑπερβολὴν εὐημερεῖ*, in dubitationem vocatum est, quod non debebat. Cum enim *διοικήσασθαι πρός τινα* significet[12]) cum aliquo pacisci et transigere, caussae nihil est, cur *συνδιοικήσασθαι παρὰ* 6 *τῶν πρυτάνεων* negetur significare „transigere cum prytanibus et ab iis impetrare.“ Quod igitur coniectavit Casaubonus *συνδιοικήσασθαι τὰ παρὰ τῶν πρυτάνεων* nescio quorsum valeat, Astii vero suspicionem *συνδιακονήσασθαι τὰ παρὰ τ. π.* rescribentis eaque explicantis „Prytanibus se ministrum praebere — ut quasi ipse prytanis sit — populo denuntiare possit litatumne sit nec ne“ infelicem arbitror; qui enim prytanum e numero non erat, ne per leges quidem poterat ab prytanibus con-

8) Ita Palat., *Ἀσκληπίῳ* reliqui libri, unde fuerunt qui *χαλκοῦν τῷ Ἀσκληπιῷ* coniicerent, quos vera ratio fugit; nam etiam illud ostentatoris vanitatem probat, quod tamquam magnum donum, ita annulum illum in templo suspendit. 9) Ita Palat., *στεφανοῦντα ἀλείφεσθαι* reliqui, *στεφανῶν καὶ ἀλείφεσθαι* Casaubonus de coniectura, *στεφανῶν καὶ ἀλείφων* Coraius, Astius, [*ἐκτρίβειν στιλπνῶν καὶ ἀλείφειν* Foss.] 10) Ita libri, *ἀπαγγέλλῃ* Astius de coniectura Schneideri; malo *ἀπαγγέλῃ*. Cf. Buttmann in indic. anomal. Gr. Gr. s. v. *ἀγγέλω*. Passow in Parthen. p. 70 sqq. Sintenis in Plut. Them. LVI. Schaefer in Demosth. 481, 5. 525, 22. Schoemann in Isaeum pag. 39. al. [*παραγγελεῖ* Meinek.] 11) Ita Palat., *παρασκευασάμενος* reliqui libri; illam scripturam satis defendit quod sequitur partic. *ἐστεφανωμένος*. 12) Demosth. c. Theocr. 1377, 22.

sequi, ut unam earum rerum administraret, quae ad ipsorum curam pertinerent. Immo *μικροφιλότιμος* cum ipse sit prytanis, omni studio adnititur, ut reliqui quadraginta novem prytanes sibi mandent referenda in concione, quae uni mandanda sunt. — Quod autem merito de vitiis suspectum habetur, *θεῶν τὰ μὲν ἄξια καὶ τὰ ἱερὰ καλὰ*, quae Palatini, *θεῶν ἄξια καὶ τὰ ἱ. κ.*, quae reliquorum scriptura est, persanatum nondum est; in *ἄξια* enim verbo alii *αἴσια*, alii *δεξιά* latere arbitrati sunt, quorum neutrum legitimae et forensi dicendi consuetudini convenit; ego medicinam non minus lenem sed legitimam adhibeo, rescribo enim: *ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν καὶ ἔστι τὰ μὲν σφάγια καὶ τὰ ἱερὰ καλά.* Sic Xenophon [13]) *τὰ ἱερὰ καὶ τὰ σφάγια καλὰ εἶναι*, et alio loco [14]) *τά τε ἱερὰ ὑμῖν καλὰ οἵ τε οἰωνοὶ αἴσιοι τά τε σφάγια κάλλιστα.* — Denique haud scio an praestet *οἴκαδε* reponere ante *διηγήσασθαι*, quod positum est post eam vocem, quo facilius coniungi cum *ἀπιὼν* possit. [Meinek. coni. *ἀπιὼν* [*ἅπασι*] *διηγήσασθαι οἴκαδε* [*δ' ἐλθὼν εἰπεῖν*] *τῇ αὐτ. γυναικί.*]

III.

Transeo ad sordidae illiberalitatis descriptionem (c. XXII.), cuius finitionem *ἡ δὲ ἀνελευθερία ἐστὶ περιουσία τις ἀπὸ φιλοτιμίας* (Vatic. *ἀποφιλοτιμίας*) *δαπάνην ἔχουσα* esse labe adfectam viderunt omnes, neque tamen cuiquam contigit ut probabiliter elueret maculam, neque mihi melius cessit periculum, qui fuit cum coniicerem, *περιουσία τις ἀπο*[*στροφῆς ἀπὸ*] *φιλοτιμίας δαπάνην ἐχούσης*, in quo *ἀποστροφήν* volui significare „odium“ „detestationem,“ ut dicitur *ἀποστρέφεσθαι* „abominari“; „illiberalitas nimia est detestatio liberalitatis cum sumptibus coniunctae.“

Pergit vero: *Ὁ δὲ ἀνελεύθερος τοιοῦτός τις οἷος νικήσας τραγῳδοὺς ταινίαν ξυλίνην ἀναθεῖναι ἐπιγράψας μὲν αὑτοῦ τὸ ὄνομα*, ubi miror fuisse, qui *τραγῳδοῖς* corrigerent: nam *νικᾶν* cum accusativo non tantum sollemnium, quibus victoria reportetur (*νικᾶν Ὀλύμπια, Ἴσθμια*), sed cuiusvis generis certaminum coniungi (*νικᾶν*

13) Xen. Anab. 1, 8, 15. 14) Ibid. VI, 3, 21.

σταδιον, δίσκον) arbitror in vulgus esse notum [15]). — In iis quae sequuntur *καὶ ἐπιδόσεων γινομένων ἐκ τοῦ δήμου ἀναστὰς σιωπᾶν ἢ ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθεῖν*, malo *ἐν τῷ δήμῳ*; nam in concione [16]) solebant fieri *ἐπιδόσεις* sive pollicitationes munerum populo ab volentibus gratuito oblatorum; neque tamen negaverim praefracte posse librorum scripturam sic defendi, ut *ἐκ τοῦ δήμου* aut cum *ἀναστὰς* coniungatur „surgere e concione — scilicet taciturus," aut cum *γινομένων* [17]) „si a populo habentur, instituuntur largitiones sive collationes quibus aerarii inopiae succurratur." — In verbis vero *καὶ ἐκδιδοὺς αὑτοῦ θυγατέρα τοῦ μὲν ἱερείου πλὴν τῶν ἱερειῶν τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι, τοὺς δὲ διακονοῦντας ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι* agitur de sacrificio, quod pridie [18]) nuptiarum a patre filiam suam collocante ni fallor Iunoni pronubae, *Ἥρᾳ τελείᾳ*, fieri solebat, et plerumque *προτέλεια*, rarius *προγάμεια*, fortasse etiam *πρόγαμοι*? dicebatur [19]); cuius hostiae exta excepto felle (nam fel non litabatur [20]) in nuptiali sacrificio, ut ira et bile liberum esset matrimonium, sed adspergebatur arae) exta igitur antequam adolerentur, ab extispice inspiciebantur, neque, nisi essent laetiora, postridie adornabantur nuptiae. Apud Theophrastum autem cum *ἱερειῶν* vocabulum stare non posse perspexissent omnes, Casaubonus olim „*πλὴν ἱερέων καὶ ἱερειῶν*" coniecit „exceptis iis partibus, quae ad sacrificos et sacrificas pertinebant," deinde „*πλὴν τῶν ἱερῶν*" sibi placere professus est [ad Vopisc. p. 240.] „exceptis iis partibus quae adolentur," alii *πλὴν τῶν ἱερέων* vel *ἱερέως* praetulerunt, quorum nihil ne grammaticorum quidem praeceptis respondet, cum desideretur certe *πλὴν τῶν τῶν ἱερέων* vel *πλὴν τῶν τοῦ ἱερέως*. Mirum vero est eorum, qui partes hostiae sacerdoti relinqui solitas hic desiderari intellexerunt recte, neminem tamen id ipsum reposuisse nomen, quo illae partes dicebantur Graecis. Nam *τὰ εἰωθότα δίδοσθαι*

---

15) Matth. Gr. Gr. 409, 3. Schaefer in Demosth. 1342, extr.
16) Boeckh. Oecon. Civ. Ath. II, 129. 17) Antiph. II, δ, *τὰ πραχθέντα ἐξ ἐμοῦ*, quem in locum vide quae Maetznerus p. 167. attulit ex prosae scriptoribus similia. 18) Hesych. v. *γάμων ἔθη τὰ προτέλεια — πρὸ μιᾶς τῶν γάμων.* 19) Ast. in Platon. Legg. p. 319. Meineke in Menandr. 218. 194. 20) Plutarch. Coniug. Praec. p. 319.

ἐξαίρετα τοῖς ἱερεῦσιν ὑπὲρ τῆς ἱερωσύνης (ἐπὶ τιμῇ τῆς ἱερωσύνης) Grammatici [21]) testantur ἱερώσυνα esse dicta, quae in titulo quodam Attico, qnem Boeckhius [22]) ante aliquot aunos edidit, constanter ἱερεώσυνα dicuntur; hic vero ipse titulus collatus tum cnm Halicarnassensium qnodam decreto itidem a Boeckhio [23]) edito tum cum Atheuaeo [24]) comprobat, id quod Boeckhins luculente docuit, ἱερεωσύνων nomiue sacerdotibus praeter pecuniam partim ipsius sacrificii caussa partim pro utensilibus quibusdam pendendam, ipsius hostiae et partes quasdam uou edules et partes alias edules tribui solitas esse, edulium vero partium tria fuisse genera, primum κωλῆν καὶ τὰ ἐπὶ κωλῇ νεμόμενα, deiude πλεῦρον s. πλεῦρον ἰσχίον, denique ἡμίκραιρα χορδῆς s. ἡμίκραιρ' ἀρίστερα s. τεταρτημορίδια σπλάγχνων. Reponeudum igitur in Theophrasto arbitror: πλὴν τῶν ἱερωσύνων τὰ κρέα ἀποδόσθαι.

Sequitur καὶ τριηραρχῶν τὰ τοῦ κυβερνήτου στρώματα αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ὑποστορέννυσθαι, τὰ δὲ αὐτοῦ ἀποτιθέναι. Quod ex Palatino accessit αὐτοῦ, Astio ne dignum quidem visum quod commemoraret, quamquam uon est ipsum verum (quid euim sit „in ipso tabulato?"), ducit tamen eo, quo carere oratio nequit, ad αὐτῷ. Sordidus enim ut stragulis suis parcat, sua seponi sibique gubernatoris stragula substerni iubet in tabulato. — Pergit: καὶ τὰ παιδία δὲ δεινὸς μὴ πέμψαι εἰς διδάσκαλον, ὅταν ᾖ τοῦ ἀποτιθέναι καὶ τὰ παιδιμουσία ἀλλὰ φῆσαι κακῶς ἔχειν ἵνα μὴ συμβάλωνται. In hoc loco pertractando praeclare versatus est Fossius [25]), recte ille Blochio asseusus τοῦ ἀποτιθέναι καὶ male repetita esse ex superiore versu τὰ δὲ αὐτοῦ ἀποτιθέναι καὶ statuenti. Neque voro quam Fossius proposuit coniecturam, μὴ πέμψαι εἰς διδασκάλου ὅταν ᾖ τὰ παιδομουσεῖα ἀλλὰ κτλ. sufficit revocandae pristinae scripturae; ueque enim ulla erant sollemnia, quao παιδομουσεῖα dicerentur, sed uti quae sollemnia a pueris in palaestris, Ἑρμαῖα uou Παιδοερμαῖα, ita quae ab iisdem in lndis litterariis s. διδασκαλείοις agebautur, uou Παι-

21) Lex. Rhet. 266, 7. Hesych. Phot. Etym. s. v. 22) Prooem. Ind. Schol. Berol. 1835—36. 23) Ind. Schol. 1830 et C. I. Gr. No. 2656. 24) Athen. IX, 368. 25) Comm. II. p. 18.

δομουσεῖα sed *Μουσεῖα* dicebantur. Quid quod in libro ne extat quidem *Παιδομουσεῖα*, sed *παιδμιουσεῖα*. Dicam quod sentio. Etiam *τὰ παιδὶ* prave repetita sunt ex eodem superiore versu, *τὰ δὲ αὐ[τοῦ ἀποτιθέναι καὶ τὰ παιδί]α δὲ.* Veram igitur scripturam vobis praesto hanc: *καὶ τὰ παιδία δὲ δεινὸς μὴ πέμψαι εἰς διδασκαλεῖον, ὅταν ᾖ Μουσεῖα.* Etenim credibilius est *διδασκαλεῖον* per notas scriptum quam *διδασκάλου* abisse in *διδάσκαλον*, sollemnium autem nominibus satis constat articulum modo non addi modo addi [26]).

Praetereo nonnulla, quae interiecta sunt, ut quaedam adii- 8
ciam de novissimis, quibus describitur, qualem in suam uxorem sordidus exhibet illiberalitatem: *καὶ τῇ γυναικὶ δὲ τῇ ἑαυτοῦ προῖκα εἰςενεγκαμένῃ μὴ πρίασθαι θεραπαίνας ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους ἐκ τῆς γυναικείας παιδίον τὸ συνακολουθῆσον.* Ita Palatinus, ab reliquis enim libris absunt tum *τῇ ἑαυτοῦ προῖκα εἰςενεγκαμένῃ*, tum *ἐκ τῆς γυναικείας*. Eorum ãdditamentorum cum neutrum supervacaneum esse sed utrumque ad augendam rei atrocitatem facere debeat, miror prius quod integrum non sit, integrum esse visum, posterius quod integrum sit, non esse integrum visum. Nam temporibus illis Athenis non modo illiberalium sed eorum etiam, qui vel maxima essent comitate, ut suapte sponte nihil morarentur dotem, tamen quotusquisque fuerit, qui uxorem indotatam ducere aut ipse induceret animum, aut cui inducenti in animum parentes et propinqui veniam darent, denique quotusquisque parentum filias suas legitimo matrimonio susceptas sic sine dote tamquam in concubinatum dare non fuerit veritus? Cum igitur dotatae pleraeque omnes tum essent uxores, non opus erat ut diserte diceretur illiberali huic dotatam fuisse uxorem. Itaque, nisi forte ut „dotata“ solum nonnumquam [27]) significat „bene dotatam,“ sic etiam „dotem“ *προῖκα* comprobari possit pro „magna dote“ dici s. *μεγάλῃ προικί*, necesse est ut non dos, sed magna dos ab uxore in mariti domum dicatur illata esse; quare rescribo: *προῖκα καλὴν εἰςενεγκαμένῃ*, ubi *καλὴν* „bonam“ id est „amplam, florentem“ significare volo. [*πολλὴν* Meinek.]. Alterum autem

26) Sintenis in Plut. Them. p. XXII. Demosth. Mid. §. 10.
27) Plaut. Mil. III, 1, 85.

additamentum ἐκ τῆς γυναικείας, quamquam ellipsim ἀγορᾶς vocabuli non possum aliis exemplis tueri, probum tamen est neque eget mutatione; satius est enim quod hoc ex uno loco constat, hinc discere, quam propterea respuere quod non idem aliunde constet, praesertim cum duobus tantum locis [28]) apud scriptores superstites memoria fori muliebris Athenarum extet. Discamus igitur in foro muliebri non tantum vasa venum data, sed pedisequos etiam et ancillas, quae mulieribus essent in famulatu, mercede conductas esse. Fidem his aliquam addit, quod Athenis in Colono eo, qui quia ab foro non multum distabat, forensis dicebatur, mercenarii stare solebant; unde factum ut hi Atheniensibus Κολωναιτῶν nomine dicerentur [29]). Fossius [30]) vero „at,“ inquit, „quid attinebat exponere unde ancillulam homo conduxerit, quum nihil id faciat ad rem neque maiorem eius significet illiberalitatem?“ Etenim, nisi spernamus quod non est spernendum, etiam illud hoc ex loco disci potest, forum muliebre apud Athenienses non honestiore loco fuisse quam apud nostrates forum scrutariorum, neque ibi ancillas conduci potuisse forma venusta elegantes, quales illae „flabelliferae, sandaligerulae, cantrices, cistellatrices, nuncii renuncii [31]),“ sed invenustas, infelices, male moratas. Quod autem Fossius coniectavit εἰς τὰς ἐξόδους τὰς γυναικείας, praeterquam quod nimis recedit ab tradita scriptura, est etiam supervacaneum neque quidquam addit, quod non insit iam in verbis τῇ γυναικὶ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους.

IV.

Pauca in superbiae s. ὑπερηφανίας descriptione (XXIV.) notabo, cuius octo esse species Philodemus Epicureus Ciceronis aequalis in libro de vitiis oppositisque virtutibus (περὶ κακιῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων ἀρετῶν) docuit, ὑπεροπτάς, αὐθάδεις, ἀλάζονας, αὐθεκάστους, πανειδήμονας, σεμνοκόπους ἢ βρενθυομένους, εὐτελιστάς, οὐδενωτάς. Eam igitur postquam Theo-

28) Pollux X, 18. Theophr. Char. 2. 29) Cf. Lexicogrr. s. v. Κολωναίτας s. Κολωνέτας. 30) Comm. II. p. 19. 31) Plaut. Trin. II, 1, 3.

phrastus sic definivit, *ἔστι δὲ ὑπερηφανία* [32]) *καταφρόνησίς τις πλὴν αὑτοῦ τῶν ἄλλων*, sic pergit: *ὁ δὲ ὑπερήφανος τοιόςδε τις οἷος τῷ σπεύδοντι ἀπὸ δείπνου ἐντεύξεσθαι φάσκειν* (alii libri *φάγειν*), *καὶ εὖ ποιήσας μεμνῆσθαι φάσκειν, καὶ βιάζειν ἐν ταῖς ὁδοῖς τὰς διαίτας κρίνειν καὶ ἐν τοῖς ἐπιτρέψασι καὶ χειροτονουμένοις ἐξόμνυσθαι τὰς ἀρχὰς οὐ φάσκων σχολάζειν.* Ita solus Palatinus, ceteri libri tum inverso ordine *μεμνῆσθαι φάσκειν ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ βιάζειν* offerunt, tum reliqua omnia *τὰς διαίτας-σχολάζειν* omittunt. Possis hic offendere duplici *φάσκειν* vocabulo intra paucissimas voces repetito, ubi tum unum sufficiebat, quod non minus ad *ἐντεύξεσθαι* quam ad *μεμνῆσθαι* pertineret, tum si non videbitur sufficere unum, sed suo verbo opus esse utrique enunciato, adeo in promptu erat variare orationem; neque tamen alterutrum reiecerim, cum talibus repetitionibus hi abundent characterismi, id quod gratae cnidam negligentiae apprime convenit. *Εὖ ποιήσας μεμνῆσθαι φάσκειν* Fossio [33]) meo displicet, quippe quod, sive significet „si cui benigne fecit, se meminisse dicit," sive „cui benigne fecit, eum meminisse iubet" non cadat in superbum; ille igitur „*μὴ μεμνῆσθαι φάσκειν*," coniicit „superbus, quum gratias agere volunt ii qui acceperunt beneficium, recordari se negat." En rarum superbi exemplum idem prae superbia facientis, quod optimi quique humanitatis et modestiae caussa faciunt. Quid multa? *εὖ ποιήσας* hic non significat, „si benigne fecit." Fallor, aut scribendum est: *καὶ ἐντυχὼν εὖ ποιήσας μεμνῆσθαι φάσκειν.* „et quando iam iis obviam venit suique facit potestatem, dicit feliciter non se oblitum esse promissi!". *εὖ ποιήσας* igitur ita accipiendum puto ut *εὖ ποιῶν*, *εὖ γε ποιῶν*, *καλῶς ποιῶν*, et similia, quas formulas constat verbis addi non solum *ἐνεργήματος* sed etiam *πάθους*, et nunc mediae orationi interponi nunc tamquam clausulam adiici [34]). — Novissima *καὶ βιάζειν — σχολάζειν* interpretum alius aliter in ordinem redigere conatus est,

---

32) *ἡ ὑπερηφανία* Astius de coniectura, sed articulo carent etiam finitiones c. 13. et 18. 33) Comment. I. p. 28. 34) Cf. Demosth. Leptin. 490, 16. c. n. Fr. Aug. Wolfii. Id. c. Aristocr. 667, 17. *τοῦτο ἐπ' ἐκείνου εὖ ποιοῦν οὐ συνέβη*, quem locum male intellexit Schaeferus. Id. prooem. 1445, 19. Epistol. 1481, 22. Lucian. Q. h. s. §. 4.

quorum opiniones diligenter percensuit et accurate refutavit Fossius. Ego igitur satis habeo huius sententiam pronunciare, et cur ne in hanc quidem discedi posse arbitrer, exponere breviter. Coniicit enim ille: *καὶ βιάζεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς τὰς διαίτας κρίνειν καὶ ἐντυχὼν τοῖς ἐπιτρέψασι, καὶ χειροτονούμενος ἐξόμνυσθαι κτλ.*, eaque interpretatur: enititur efficitque ut in via ambulans caussas iudicet et si quando iis, qui eius arbitrio utuntur, occurrit et si magistratus ei mandatur, eiurat eum, otium sibi esse negans. Hic *χειροτονούμενος* esse verissime repositum ipsa explicatio satis probat; sed arbitrum qui ex compromisso iudicet (nam agitur hic non magis de disceptatore domestico sive *διαλλακτῇ* quam de publico arbitro s. *διαιτητῇ κληρωτῷ*), sed compromissarium arbitrum sive *διαιτητὴν αἱρετόν*, quod in se receperit arbitrium, id ambulantem et litigantibus forte occurrentem pronunciare velle, nae illa postulatio non superbientis fuerit sed insanientis. Adeo multa arbitro et antequam pronunciet et postquam pronunciaverit sententiam, facienda sunt, quae nullo modo potest in via ambulans facere; nam adigendus est ipse sacramento, dein litigantium orationes audire, tum quibus uterque eorum ad caussam suam probandam vel testimoniis vel documentorum tabulis utitur, examinare et de servis, si qui *εἰς βάσανον* offeruntur, tormentorum vi quaerere, denique ipsum arbitrium s. *γνῶσιν* postquam pronunciaverit litteris mandare aut mandandum litteris curare de-
10 bet; si hunc autem arbitrum et *ἀνώμοτον ἀποφήνασθαι* dicis neque *γνῶσιν* scripsisse sed litigantibus reliquisse curandum, ut quo modo vellent fides accederet arbitrio ab se pronunciato, certe reliqua quae dixi, omitti nullo modo poterant. Accedit quod in sacello vel templo arbitros compromissarios comprobari potest non minus quam publicos pronunciasse arbitrium [35]). Quid multa? Superbus ille non receptum arbitrium in via ambulans iudicat, sed omnino delatum ab amicis non recipit, quod cum sit iam per se inhumani hominis, hic rei indignitatem auget etiam ratione, quam negatae amicis veniae prae se fert; etenim *οὐ φάσκων σχολάζειν* non solum ad *καὶ χειροτονούμενος ἐξόμνυσθαι τὰς ἀρχάς*, sed etiam ad superiora *τὰς διαίτας κρίνειν*

35) Demosth. c. Apatur. 898, 6.

pertinent. Itaque primum βιάζειν ἐν ταῖς ὁδοῖς et καὶ ἐν delenda arbitror, quorum ἐν ταῖς ὁδοῖς ex inferiore καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς πορευόμενος male repetitum, βιάζειν ex superiore φάσκειν vel φαγεῖν, καὶ ἐν ex superiore καὶ εὖ ortum sit; prima illa ut pro suspectis habeantur, etiam illud suadere videtur, quod vocabula καὶ βιάζειν in Palatino ante verba, in reliquis libris post verba ἐν ταῖς ὁδοῖς extant; deinde intercidisse credo μὴ 'θέλειν vel aliquid simile. Rescribo igitur: καὶ εὖ ποιήσας μεμνῆσθαι φάσκειν· καὶ τὰς διαίτας κρίνειν μὴ 'θέλειν τοῖς ἐπιτρέψασι. Quodsi βιάζειν ἐν ταῖς ὁδοῖς vereris plane abiicere, nondum contigit ut probabilius invenirem, quam καὶ φράζειν βαδίζων ἐν ταῖς ὁδοῖς τὰς διαίτας μὴ κρίνειν τοῖς ἐπιτρέψασι, „et ambulans in viis dicit iis, qui sibi arbitrium detulerunt, se eorum lites nolle disceptare;" sic hominis importunitas etiam in eo versaretur, quia quasi praeteriens negaret quod data opera esset oblatum.

In extremo capite, ubi scribendi ratio importuna describitur, qua uti superbus solet, pro καὶ ὅπως ἄλλως μὴ ἔσται scribendum videtur: κ. ὅ. μὴ ἄλλως ἔσται, quae collocatio, ni fallor, legitima est.

V.

Ignaviae (c. XXV.) cum multae sint species sive potius opportunitates, Theophrastus satis habuit duas eligere, quae eius luculentissimum spectaculum idemque risui movendo aptissimum praebere solent, alteram navigantis, alteram militantis. Atque navigantis meticulosum animum ita describit, ut legenti duplex obiiciatur mora. Postquam enim commemoravit ab ignavo navigante tum promontoria conspecta pro navibus piraticis haberi, tum tempestate vel minima oborta quaeri, num forte unus navigantium initiatus non sit, sic pergit: καὶ τοῦ κυβερνήτου ἀνακύπτων μὲν πυνθάνεσθαι εἰ μεσοπορεῖ, καὶ τί αὐτῷ δοκεῖ τὰ τοῦ θεοῦ, καὶ πρὸς τὸν παρακαθήμενον λέγειν ὅτι φοβεῖται ἀπὸ ἐνυπνίου τινός, καὶ ἐκδὺς διδόναι τῷ παιδὶ τὸν χιτωνίσκον, καὶ δεῖσθαι πρὸς τὴν γῆν προςάγειν αὐτόν. Hic igitur pro ἀνακύπτων μὲν, quod in uno est Palatino, cum reliqui omnes libri ἀνακύπτοντος scriptum praebeant, quaeritur utra scriptura

praeferenda sit. Me ut cum Palatino faciam, hae movent rationes; primum enim cum quaecumque meticulosus facere et quaerere narratur, post tempestatem ortam facere et quaerere dicatur, non opus erat singularis rei ab gubernatore factae significatione, quae cum fiat ignavum moveat ut quaerat, *εἰ — τοῦ θεοῦ;* dein *ἀνακόπτειν* neque probari potest significare „mutare cursum," quem ei significatum tribuit Casaubonus, neque si „inhibere navis cursum," significat, id quod Astius vult, satis patet, quid sit quod ex inhibente potissimum cursum gubernatore quaerat non tantum, num medium cursum teneat, sed etiam quid de caelo ei videatur. Contra *ἀνακύπτων* „caput erigens s. exserens" non mediocriter convenit in eum, qui ex metu tandem se
11 ita recipit, ut audeat in puppi sedentem gubernatorem adspicere et ex eo quaerere. — Quod autem ei, iuxta quem sedet, ex insomnio aliquo sibi metum iniectum esse dicit, fingit ille sine dubio insomnii memoriam, ut metum scilicet excuset, quem iam ostendit. Quid vero est, quod tunicam exuit et exutam pedisequo tradit? Casaubonus quidem id propterea credit eum facere, ut ad natandum, si navis frangatur, paratior sit. Sed in hunc nostrum meticulosum eo minus convenit natandi vel potius talis consilii audacia, quo magis statim rogat, ut se in terram exponant. Itaque, ni fallor, exuta tunica ad averruncandum insomnium olim pertinere putabatur; ut igitur persuadeat reliquis navigantibus id quod simulet sibi fuisse insomnium, id facit, quod eius averruncandi caussa facere tum solebant.

Sic descripta navigantis ignavia transit Theophrastus ad militantis, in qua pertractanda cum pleraque Fossius [36]) praeclare expediverit, unus est locus, in quo mihi non satisfecerit; *καὶ στρατευόμενος δὲ πεζῇ ἐκβοηθοῦντάς τε προςκαλεῖν κελεύων πρὸς αὐτὸν πάντας πρῶτον περιιδεῖν, καὶ λέγειν ὡς ἔργον διαγνῶναί ἐστι, πότεροί εἰσιν οἱ πολέμιοι.* Ita Palatinus; *καὶ στρατευόμενος δὲ προςκαλεῖν πάντας πρὸς αὐτὸν καὶ στάντας πρῶτον περιιδεῖν κ. τ. λ.* reliqui libri. Mitto quae alii excogitarunt, ut integritatem loci restituerent, sed Fossius servata ceteroquin Palatini scriptura coniecit: *κελεύων πρὸς αὐτὸν στάντας πρῶτον περιιδεῖν*, eaque sic fere explicat: expeditioni vero

36) Comm. I, 32 sqq. II, 35 sqq.

terrestri si interest, commilitones auxilii ferendi caussa e castris egredientes ignavus, proelii nondum particeps, sed cum suo ordine post aciem constitutus, ad se vocat iubetque eos prope se stantes primum circumspicere, quo melius ab amicis hostes procul pugnantes dignoscere valeant; eam vero rationem simulari tantum ab ignavo, ut dissimulet veram; veram enim rationem, cur illos prope se stare iubeat, non esse aliam quam vulgarem timidorum ratiocinationem eo minus periculi sibi fore putantium, quo plures constipati sint. In hanc sententiam quo minus discedam, quattuor fere rationes sunt quae me retineant. Primum enim vix opus erat addito πεζῇ vocabulo, si eo nihil aliud quam terrestris militia significaretur, cum solum στρατευόμενος iam ita per se de eo militiae genere dicatur, ut ubi navalis militia intellegenda sit, id singulari quodam verbo addito significari oporteat; ei argumento nihil tribuerem, si hic inter se navalis et pedestris militia opponerentur; cum navigatio et militia sibi opponantur, ne hoc quidem argumentum neglegendum videtur. Deinde mirum est, in quo quidem cardo caussae versetur, participio, notionem vero secundariam infinitivo efferri; dicit *στάντας περιιδεῖν*, quod contra debebat dicere *στῆναι περιιδόντας;* neque *πρὸς αὐτὸν στάντας*, sed *παρ' αὐτὸν στάντας* dicendum erat *). Tum *πρῶτον* vocabulo nihil est quod tamquam alterum respondeat. Postremum ignavus ille prae metu necesse erat desipere et iuramenti militaris oblivisci coepisset, si commilitones exspectabat futurum esse ut tantum sibi tribuerent, ut iuxta se neque eo quisque loco starent, quo ab ducibus essent collocati. Ita abiecta Fossii coniectura aliud est excogitandum; coniicio igitur meticulosum hunc pedestri exercitui interfuisse et stipendia inter hoplitas sive inter milites gravis armaturae fecisse; eundem credo ab ferentariis equitibus, quorum erat non tantum lacessere hostes proeliumque incipere et fugientes persequi, sed cives etiam et pugnantes tueri et fugientes servare, sicuti cum Atticus exercitus Delio refugeret, Alcibiades eques Socratem et Lachetem pedites servaturus erat [37]), ab his igitur petivisse, ut

*) [Dicitur *στῆναι πρός τινα* et *τάττεσθαι* de armorum societate ineunda ap. Thucyd. III, c. 11 extr. c. 86. IV, c. 56 extr. Praeterea sciendum *στάντας* esse in cod. Palatino. H.] 37) Plat. Sympos. p. 221, b.

ad se primnm omnium circumspicerent; ut nihil igitur neque
12 antiquius neque prius haberent, quam ut se periculo eriperent;
sed quoniam veram caussam, cur in se primum omnium intueri
eos vellet, non audebat dicere, falsam simulabat: difficile esse
dignosci ab civibus hostes, ideoque metuendum et illis esse ut
ab ipso, sibi vero ut ab illis pro hostibus haberentur. Hinc re-
scribendum puto: *καὶ στρατευόμενος δὲ πεζῇ ἐκβοηθοῦντας ἱπ-
πέας προςκαλεῖν, κελεύων πρὸς αὐτὸν πάντας πρῶτον περι-
δεῖν κ. τ. λ.*

XI.

COMMENTATIO THEOPHRASTEA QUARTA *).

Theophrasti morum notationes, quas iam ter [1]) apud vos, 3
cives optimi, aliquot scripturae mendis liberare conati sumus, hac scribendi sive opportunitate oblata sive necessitate imposita perlustrare iterum nobis animus est, ut, si quo in loco aliorum nos industria aut plane destituerit aut minus nobis satisfecerit, sive incorrupta quae essent, immerito in corruptelae suspicionem vocarint, sive corrupta quae essent, vel pro incorruptis habuerint vel non recte emendarint, ipsi periclitaremur, si quid ad emaculandum aureum libellum a nobis quoque conferri posset. Sumpsimus autem nobis nunc pertractandos quattuor characterismos *ὀλιγαρχίας*, *ὀψιμαθίας*, *κακολογίας* et *φιλοπονηρίας*, in quibus vel emendandis vel explicandis nuper Fossius meus acumen et doctrinam insignem probavit editis tribus commentationibus Theophrasteis [2]). Initium autem facimus ab *ὀλιγαρχίας* notatione. *Ὀλιγαρχίας* vocabulum cum alioquin *πολιτείαν* s. *κατάστασίν τινα* id est temperamentum quoddam reipublicae significet, in quo quidem civitatis iura pleraque omnia ita ex censu descripta sunt, ut omnis potentia penes ditiores sit, hi soli magistratibus fungantur, cum imperiis sint, in senatum perveniant, iudicia exerceant, reliquus populus non secus atque capite censi contemnantur (cf. ut his utamur, Thuc. 8, 64. 68. 72. Plat. de rep. 8. p. 550. Politic. p. 291, extr. Aristotel. Politic. 4, 5. al.) hoc loco, ut pote qui libri est, qui pravorum morum notationes continet, animi quoddam vitium significet necesse est, et eius quidem animum, qui despicit plebem, in pauperiores superbit, divitibus et optimatibus

*) [Praemissa indici schol. aestiv. a 1850.] 1) Prooem. Ind. Schol. 1830. 1834—35. 1842. 2) Huc pertinent imprimis Comm. II. quae a. 1835 et Comm. III. quae a. 1836 edita est.

omnia arrogat. Illa insolentia quam acerba visa esset Atheniensibus tam diu populari imperio usis, animadvertere licebat ipsi Theophrasto, cum per Antipatrum subacta Athenarum urbe, et duodecies mille pauperioribus civibus solum vertere coactis paucorum dominatus institutus esset, sublatus ille quinto decimo demum anno, postquam est impositus (duravit ab Ol. 114, 3. usque ad Ol. 118, 2.). Verbo autem illi qui de scriptoribus graecis praeter Theophrastum eundem tribuerit significatum, habemus neminem. *Ὀλιγαρχίας* iam finitio, qualem libri praebent, *δόξειεν ἂν εἶναι ἡ ὀλιγαρχία φιλαρχία τις ἰσχυροῦ* (Cod. Palat. *ἰσχυρῶς*) *κέρδους γλιχομένους*, sordibus inquinata est, quas nondum cuiquam contigit ut plane elueret; nam ut missis coniecturis
4 Casauboni *ἰσχυρὰ κέρδους οὐ γλιχομένη* (vel *γλιχομένου*), Pavi *ἰσχυροῦ κράτους γλιχομένων* (vel *γλιχομένη*), Reiskii *ἰσχυρὰ κράτους γλιχομένη* rescribentium, quas iam ab aliis satis refutatas esse arbitramur, in una subsistamus Schneideri, Blochii, Astii correctione, qui *ἰσχυρῶς κράτους γλιχομένη* in verborum ordinem receperunt, haec quoque duobus nominibus displicet; neque enim verba *κράτους γλιχομένη* novam quandam notam addunt, quae non in ipsa *φιλαρχία* suapte sponte insit, neque honorum captandorum studium sive *φιλαρχία* oligarchiae erat, sed *φιλοτιμίας* potius. Ei igitur ulceri alia quaerenda medicina est, quam ne nos quidem probabilem afferre possumus. Erat cum *φιλεταιρία ἰσχυρῶς κέρδους γλιχομένη* coniiceremus; nam hetaerias satis constat Athenis ab optimatibus imprimis iuvenibus institui solitas esse ad populare imperium evertendum coniurantibus, neque alias ullas hetaerias fuisse, quam quibus illud propositum fuisset consilii. Sed manum de tabula.

Ὁ δὲ ὀλιγαρχικὸς τοιοῦτος οἷος τοῦ δήμου βουλομένου τινὰς τῷ ἄρχοντι ἐπιμελησόμενος πομπῆς παρελθὼν ἀποφήνας ἔχει. Inter *τοιοῦτος* et *οἷος* Astius interposuit invitis libris *τις*, quo facile careas, ut eo carent cc. 3. 9. 11. 30. Cod. Palat.: *τοῦ δήμου βουλομένου τῷ ἄρχοντί τινας προαιρεῖσθαι τῆς πομπῆς τοὺς συνεπιμελησομένους παρελθὼν ἀποφήνας ἔχει, ὡς δεῖ αὐτοκράτορας τούτους εἶναι, κἂν ἄλλοι προβάλλωνται δέκα, λέγειν ἱκανὸς εἷς ἐστιν.* Palatini accessionibus orationem reliquorum librorum vehementer mancam nonnihil fieri integriorem, quamquam vel illae ab integritate absint, et satis apparet

et docuit Fossius (I, 35 sqq. II, 38 sqq.). Neque dubium quin tum *προσαιρεῖσθαι* recte sit ab Schneidero rescriptum, tum minus recte *τοὺς* ab Astio omissum. Sed ante *ὡς δεῖ αὐτοκράτορας τούτους εἶναι* aliquid ad integritatem deest, sive pro *ἀποφήνας ἔχει* cum Schneidero *ἀποφήνασθαι*, sive cum Fossio *ἀποφήνασθαι ἔχειν* reposueris. Nam *αὐτοκράτορα εἶναι* non significat, id quod Fossius secutus Bekkeri Anecdot. p. 465, 15. statuit, *ἀνυπεύθυνον εἶναι*, potestatem habere, cuius tibi non sit aliquando ratio reddenda, qua quidem potestate in libera civitate Athenarum et in populari imperio erat fere [1]) nemo, sed potius potestatem habere, quae non ita finita sit circumscriptaque legibus, plebisscitis, senatus consultis, ut quibus de rebus illic nihil fuerit cautum, de iis referre ad populum vel consulere senatum debeas; immo qui *αὐτοκράτωρ* est, eius arbitrio pleraque omnia relicta sunt, ut ei nihil quidem invitis legibus facere liceat, sed de quibus rebus taceant leges, de iis non referre ad quemquam debeat, sed agere possit ex suo arbitrio; erat igitur id, quod Galli vocant „avoir plein pouvoir“ „être plenipotentiaire.“ Sic Thuc. 1, 125. *τὸ πᾶν αὐτοκράτορσι διαθεῖναι ἢ ἂν ἄριστα διαγιγνώσκωσιν.* Demosth. (?) c. Neaer. 1372, 24. *οὐ γὰρ αὐτοκράτορές εἰσιν Ἀθηναίων τινὰ ὡς ἂν βούλωνται κολάσαι.* Schol. Thuc. 5, 127. *ἄνδρας ὀλίγους ἀρχὴν αὐτοκράτορας.*] *ἀνάθεσιν τῶν ὅλων πραγμάτων ἔχοντας.* Eam potestatem poterat sane populus omnibus permittere magistratibus, atque tribuit aliquando novem archontibus (Thuc. 1, 126.), aliquando senatui quingentorum (Andocid. de myst. p. 8. §. 15. Corp. Inscr. Gr. n. 76. *ἄχρις συναγωγῆς δὲ τῶν λογιστῶν ἡ βουλὴ αὐτοκράτωρ ἔστω*), imprimis, et id quidem satis frequenter, legatis et imperatoribus (Thuc. 5, 45. *αὐτοκράτορες ἥκουσι περὶ πάντων ξυμβῆναι.* Xenoph. h. Gr. 2, 2, 19. al.), sed curatoribus ludorum non admodum credibile est eam concessam esse. Accedit quod populo, qui curatores additurus erat praetori, ille optimatium studiosus ita se recte opponeret, si eam ad rem unum praetorem satis esse diceret; sed *ὡς δεῖ αὐτοκράτορας τούτους εἶναι* ei demum rogationi opponi potuisset, si quae fuisset de circumscri-

---

1) „Fere“ diximus, quod ne Areopagitae quidem plane *ἀνυπεύθυνοι* erant.

pta potestate lata. Itaque quaedam intercidisse apparet, in hunc fere modum supplenda, nam verba ipsa non praestamus: *οἷος τοῦ δήμου βουλομένου τῷ Ἄρχοντί τινας προςαιρεῖσθαι τῆς πομπῆς τοὺς συνεπιμελησομένους παρελθὼν ἀποφάναι, [καὶ πρέσβεις ὅταν ἀποπέμπεσθαι δέῃ, κελεύειν] ἔχειν, ὡς δεῖ αὐτοκράτορας τούτους εἶναι, κἂν ἄλλοι προβάλλωνται „δέκα,“ λέγειν, Ἱκανὸς εἷς ἐστιν.* Scripsimus *Ἄρχοντι* littera maiuscula, ut praetorem eponymum significari intellegatur. Pompae autem cum Athenis multae quotannis haberi solitae siut, ut Eleusiniis, Liberalibus magnis, Leuaeis, Thargeliis, Oschophoriis, Pyanopsiis, Scirophoriis, Beudidiis aliisque sollemnibus, nulla tamen illustrior erat quam pompa Pauathenaeorum magnorum; eam igitur hic quoque innui arbitramur; hanc aliquamdiu quidem Nomophylaces ducebant (Polluc. 8, 94. *τὴν δὲ πομπὴν πέμπουσι τῇ θεῷ*), quos probabile est ab Demetrio demum Phalerensi in civitatem receptos esse (cf. Boeckh. Ueb. d. Atthis d. Philochor. p. 26 sq.); ante Demetrii tempora qui magistratus duxerit, non constat, neque quidquam caussae est, cur eam ab praetore epouymo ductam esse negemus. Eraut sane Panathenaeis curatores s. *ἐπιμεληταὶ* sortito facti, denario, ni fallimur, numero (Demosth. Phil. I, 50, 3.), verum illi *ἑορτῆς* quidem et *θυσίας*, non autem *πομπῆς* procurationem habuerint; non fuerit igitur iuepta rogatio de curatoribus pompae ducendae praeficiendis. — *Παρελθὼν ἀποφάναι* est surgit ille negatque iis opus esse.

Sequitur *καὶ τῶν Ὁμήρου ἐπῶν τοῦτο ἓν μόνον κατέχειν ὅτι Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοιρανὸς ἔστω, τῶν δὲ ἄλλων μηδὲν ἐπίστασθαι.* Nou solebant Athenis neque optimates ueque qui favebaut optimatibus, earum litterarum, quae ad humanitatem pertinent, adeo rudes esse, ut praeter unum illum versum Homeri uihil eius scirent; nam Cimonem si vere narravit Stesimbrotus Thasius *οὔτε μουσικὴν οὔτε ἄλλο τι μάθημα τῶν ἐλευθερίων καὶ τοῖς Ἕλλησι ἐπιχωριαζόντων ἐκδιδαχθῆναι* (Plut. Cimon. 4.), illud fortasse ex iniquitate fortunae est explicaudum, qua Cimoue puero omnis domus conflictabatur, ex quo eius pater Miltiades propter magnam mulctam in carcere et in vinculis erat; nam ceteroquiu demagogorum potius quam optimatium erat *οὐδὲ μουσικὴν ἐπίστασθαι πλὴν γραμμάτων καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς* (Aristoph. Eq. 189.). Itaque post *κατέ-*

χειν intercidisse videtur λέγειν. Iactabat ille quidem per insolentiam ex Homeri carminibus reliqua omnia se praeter eum unum versum nescire, non autem nesciebat.

Ἀμέλει δὲ δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων χρήσασθαι, „ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἡμᾶς συνελθόντας περὶ τοῦτο βουλεύσασθαι καὶ ἐκ τοῦ ὄχλου καὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆναι καὶ παύσασθαι ἀρχαῖς πλησιάζοντας.“ Ex Palatino libro tum accesserunt αὐτοὺς et περὶ τοῦτο, quibus carent reliqui libri; tum editum est πλησιάζοντας, cuius loco in reliquis est πλησιάζειν. Illorum et αὐτούς, quod significat „seorsum, separatim ab reliquis civibus“ et πλησιάζοντας sine dubio vera sunt; contra περὶ τοῦτο vehementer displicet, neque verius est περὶ τούτων quod Rhedigeranus liber praebet, aut περὶ τούτου, quod Schneiderus, Astius, alii de coniectura reposuerunt; nam neque in iis, quae antecedunt, significata est res, ut commode „illa de re“ dici potuerit, neque oligarchicus una tantum de re, sed de plerisque omnibus concilia separata a plebe haberi voluerit. Fortasse latet in περὶ τοῦτο aliqua loci significatio, veluti ἐν παραβύστῳ. Verba autem καὶ ἐκ τοῦ ὄχλου κ. τ. ἀ. ἀπαλλαγῆναι arctius sunt cum superioribus coniungenda atque ab iis quae sequuntur separanda. Verbis καὶ παύσασθαι ἀρχαῖς πλησιάζοντας significatur, popularibus hominibus aditum ad magistratus praecludi oportere; sed deest ad integritatem loci eorum significatio, qui sint praecludendi, veluti τοὺς πολλούς, τοὺς ἄλλους. Iam omnis locus sic erit refingendus: Δεῖ αὐτοὺς ἡμᾶς συνελθόντας ἐν παραβύστῳ βουλεύσασθαι καὶ ἐκ τοῦ ὄχλου καὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆναι, καὶ παύσασθαι τοὺς πολλοὺς ἀρχαῖς πλησιάζοντας.

Qui sequitur locus: καὶ ὅτι ὑπὸ τινῶν ὑβριζόμενος εἰπεῖν, Δεῖ αὐτοὺς κἀμὲ τὴν πόλιν οἰκεῖν, in Palatino sic est scriptus: καὶ ὑπὸ τούτων αὐτὸς ὑβριζόμενος ἠτιμωμένος ὅτι ἢ τούτους δεῖ ἢ ἡμᾶς οἰκεῖν τὴν πόλιν. Mittimus, quae superiores editores excogitarunt; verum Fossius (I. p. 36 sq.) coniecit: καὶ ὑπό του τῶν [δημο] τικῶν αὐτὸς ὑβριζόμενος ἢ ἠτιμωμένος εἰπεῖν ὅτι ἢ τούτους δεῖ ἢ ἡμᾶς οἰκεῖν τὴν πόλιν. Nobis quidem satius videtur utramque scripturam Palatini et reliquorum librorum ita conciliare: καὶ ὑπὸ τινῶν τούτων ὑβριζόμενος ἢ ἀτιμούμενος εἰπεῖν, ὅτι ἢ τούτους δεῖ αὐτοὺς ἢ ἡμᾶς οἰ- 6
κεῖν τὴν πόλιν. Cum nostra ex coniectura τοὺς πολλοὺς vel

aliquid simile praecesserit, ad illos spectaverint verba ὑπὸ τινῶν τούτων; αὐτοὺς etiam hic est „separatim."

Καὶ τὸ μέσον δὲ τῆς ἡμέρας ἐξιὼν καὶ τὸ ἱμάτιον ἀναβεβλημένος καὶ μέσην κουρὰν κεκαρμένος καὶ ἀκριβῶς ἀπωνυχισμένος σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους. Quae diductis litteris scripta sunt, ex Palatino accesserunt; de illarum accessionum fide non est quod dubites, nisi quod καὶ post ἐξιὼν displicet, quippe qua particula id participium eodem loco esse iubeatur, quo quae sequntur participia perfecti; ea autem satis apparet diverso loco esse atque illud; neque est in illa vicinia ter repetitae particulae dissimile vori καὶ temere hic esse additum. Post λόγους Astius interponit λέγων, consuetudo autem Theophrasti commendat potius εἰπὼν vel ποιησάμενος. Ceterum meridie demum exit oligarchicus, ut ea quoque re segreget se a popularibus hominibus, qui πληθούσης ἀγορᾶς in forum itabant.

Διὰ τοὺς συκοφάντας οὐκ οἰκητέον ἐστὶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὡς ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεινὰ πάσχομεν ὑπὸ τῶν δικαζομένων. Hic ὡς suspicionem movit Astio, sed defenditur satis quater mox repetitis καὶ ὡς, unde apparet ne hic quidem ὡς esse cum δεινὰ coniungendum, sed significare i. q. ὅτι. Gravius est, quod verba illa si sana sunt, intellegi nequeunt nisi de iniuriis, quibus i u d i c e s ab l i t i g a n t i b u s afficiuntur, quae quales sint et quatenus in optimates iudices magis cadant quam in populares, vix dixeris; nam litigantium strepitum et convicia, de quibus erat qui cogitaret, utut illa homini superbo fuerint ingrata, tamen ne superbiens quibem poterat δεινὰ πάσχομεν serio dicere. Schneiderus de coniectura scripsit δικαζόντων, quod ab sententia satis est commodum; nam plebeios indices in optimates litigantes iniquiores fuisse credibile est. Possit tamen non minore probabilitate scribi: δεινὰ πάσχομεν ὑπ' [αὐ]τῶν δικαζόμενοι, „ab sycophantis indigna in iudiciis patimur, quotiens litigamus." Sed unice verum mihi videtur: ὑπὸ τῶν δ ε κ α ζ ο μ έ ν ω ν „indigna patimur ab iis, qui donis corrumpi se patiuntur."

Quae proxime sequuntur, ita videntur ab Astio et Fossio esse redintegrata, ut facile acquiescas: καὶ ὡς θαυμάζει τῶν πρὸς τὰ κοινὰ προσιόντων τί βούλονται, καὶ ὡς ἀχάριστόν [ἐστι τὸ πλῆθος καὶ ἀεὶ] τοῦ νέμοντος καὶ διδόντος. Dicitur hic νέμειν de d a n d o, διδόναι de o f f e r e n d o. In verbis autem

καὶ ὡς αἰσχύνεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅταν τις παρακάθηται αὐτῷ λεπτὸς καὶ αὐχμῶν offensioni est *λεπτός*, quod Astius de „paupere“ intellegit; is vero vocis significatus non constat aliunde, neque propterea quod *παχὺς* saepenumero de divite est dictum, iam verum est *λεπτὸν* pauperem diei. Hine malim: *λεπρὸς καὶ αὐχμῶν* „scaber et squalidus *).“

Καὶ εἰπεῖν, „πότε πανσόμεθα ὑπὸ λειτουργιῶν καὶ τῶν τριηραρχιῶν ἀπολλύμενοι.“ Hic Fossius (2, 40.) adiecit *τῶν* ante *λειτουργιῶν*, sed probabilius est artieulum aute *τριηραρχιῶν* male additum quam ante *λειτουργ.* male omissum esse, si quidem illud saepissime usu venit, ut littera, quae sit semel ponenda, bis, quae sit bis ponenda, semel scribatur; *τῶν* autem vocis notissimum compendium est *τ̃*. Sed sola *καὶ εἰπεῖν* ieiunitate offendunt; certe magis consuetudini Theophrasti convenerit *καὶ εἰπεῖν δὲ δεινός*. Ceterum trierarchiae quamquam etiam ipsae sunt liturgiarum in uumero, hic tamen ut c. 23. ab liturgiis distinguuntur, quod inter has prineipem quendam loeum teuebant, ut sit fere „cum ab aliis liturgiis tum imprimis ab trierarehiis.“ Sic, ut hoe utar, Isaeus de Cleonym. h. §. 16. *οἱ τούτων φίλοι καὶ Κηφίσανδρος*, „et imprimis“ Ceph.; cf. Sehoemann. in h. l.

Καὶ ὡς μισητὸν τὸ τῶν δημαγωγῶν γένος, τὸν Θησέα πρῶτον φήσας τῶν κακῶν τῇ πόλει γεγονέναι αἴτιον. Satis probabiliter Fossius (2, 40 sq.) reseripsit: *γένος, καὶ τὸν Θησέα πρῶτον φῆσαι τῶν κτλ.* Quae sequuntur, *τοῦτον γὰρ ἐκ ιβ′ πόλεων καταγαγόντα λυθεῖσαι βασιλείαν καὶ δίκαια παθεῖν· πρῶτον γὰρ αὐτὸν ἀπολέσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν* quorsum spectent, satis apparet ex iis, quae eum alii tum Fossius l. c. disputarunt; sed probabilis via, qua corrupta emeudentur, cum nondum sit monstrata, vido situe loeus in hune fere modum redintegraudus:
τοῦτον γὰρ ἐκ ιβ′ πόλεων [τὸν δῆμον] καταγαγόντα [καὶ εἰς
τὴν νῦν πόλιν ξυνοικίσαντα, καὶ τὰ παρ᾽ ἑκάστοις πρυτανεῖα 7
καὶ βουλευτήρια κατα]λύ[σαντα, ἀφ]εῖ[ν]αι [τὴν] βασιλείαν [καὶ
τὴν δημοκρατίαν καταστῆσαι καὶ τὸν ὀστρακισμὸν ἐπινοῆσαι] καὶ [ἀντὶ τούτων] δίκαια παθεῖν. πρῶτον γὰρ αὐτὸν ἀπολέ-

---

*) [Meieri conieeturam probavit Fossius; *ἄλουτος* vel *ἄνιπτος* suspicatus est Meinekius; Fr. Hanovius symbol. crit. alteris p. X. *βλεννός*.]

σθαι ὑπ' αὐτῶν [τούτων]. Consideremus singula *). Atque ab Theseo Atticos homines ex XII. antiquis oppidis ita in unam Athenarum urbem congregatos esse, ut sublatis illorum prytaneis curiis magistratibus Athenarum prytaneum curia magistratus pertinere ad omnes iuberentur, satis habemus ut in re in vulgus nota testimoniis confirmasse Thucydidis (2, 15. καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχὰς — ἐς τὴν νῦν πόλιν ξυνῴκισε πάντας) et Plutarchi (Thes. 24. συνῴκισε τοὺς τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦντας εἰς ἓν ἄστυ. — καταλύσας οὖν τὰ παρ' ἑκάστοις πρυτανεῖα καὶ βουλευτήρια καὶ ἀρχάς. — καὶ τὴν βασιλείαν ἀφεὶς — διεκόσμει τὴν πολιτείαν). Theseum autem deposito regno omnium rerum potestatem populo dedisse et auctorem fuisse popularis civitatis — sic enim cum Cicerone (de rep. I, 26.) eam appellare licet, in qua in populo sunt omnia — Atheniensium qui quidem illi reipublicae favebant, multi et credebant et tradebant; antiquissimum famae eius non auctorem sed testem habemus Euripidem (Suppl. 364.); post hunc nominandi sunt Isocrates (Panath. c. 50. §. 128.), auctores orationum c. Neaer. (p. 1370, 16. §. 75. Θησεὺς συνῴκισεν αὐτοὺς καὶ δημοκρατίαν κατέστησε.) et funebr. (p.1397, 23. §. 28. Θησέα τὸν Αἰγέως πρῶτον ἰσηγορίαν καταστησάμενον τῇ πόλει), quae ad Demosthenem referuntur, Aristoteles (ap. Plutarch. Thes. 25. πρῶτος ἀπέκλινε πρὸς τὸν ὄχλον, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ καὶ ἀφῆκε τὸ μοναρχεῖν); hinc iactat auctor funebris orationis, quae Lysiae sub nomine circumfertur (p. 77. §. 18.), antiquitate popularem civitatem Atheniensium praestare omnibus, et Isocrates (Panathen. c. 59, §. 148.) Athenienses mentitur per mille annos eo usos esse imperio. Neque omnino illa fama mira videbitur reputanti multa etiam et alia recens instituta ab Graecia mendace, quo augustiora viderentur, esse ad deos vel heroas auctores relata. Neque is rumor plane vanus erat, quamquam argumento vano utebantur, qui inde putabant esse explicandum, quod Homerus (Il. B, 547.) δῆμον Ἐρεχθῆος commemoravit. Namque civitates Graecae quo freqnentiores erant, eo magis vergebant ad populare imperium; Theseus autem Athenas πολυανθρωποτέ-

*) [Ingenii lusum verius quam emendationem hanc dici posse statuit Fossius.]

ρους fecit. — Sed redeamus in viam. Ostracismum sive testularum iudicium Theseum et invenisse et primum ipsum esse passum ut hic commemoratum esse statuamus, suadet tum quod *πρῶτον ἀπολέσθαι* aliorsum referri nequit, tum quod Theophrastus idem in libro eo litteris mandavit, cui *πρώτους καιρούς* inscripsit [1]).

II.

Ὀψιμαθία sive sera eruditio non in eo versatur, ut senex addiscas quae antea ignoraveris; nam discenda etiam senem discere et *γηράσκειν ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενον* etiam apud Graecos ita honestum erat, ut turpis videbatur ignorantia, quam sui non poenitebat. *Ὀψιμαθία* autem et ab Theophrasto in vitiorum notationibus describitur, et *ὀψιμαθεῖς* sive „seri studiorum," ut Horatiano utamur (S. I, 10, 21.), ab aliis quoque scriptoribus non commemorantur, nisi cum opprobrii significatione, ut sint fere „ignorantes rerum, rudes, imperiti" (cf. Heindorf. in Horat. l. c.). Etenim ut *παιδομαθεῖς* in sua quisque arte optime faciunt (Quintil. I. O. I, 12, 9.), ita robusti et quibus iam obduruerunt ingenia male discunt, et quae aetate illa didicerunt, prave faciunt. Sunt igitur *ὀψιμαθεῖς*, qui ea viri aut senes discunt, quae neque apta sunt illi aetati nec disci cum fructu nisi ab 8
pueris et adolescentibus possunt, unde fit ut artem et discentes et exercentes risum spectantibus moveant. Convenit iis, quae diximus, finitio Theophrasti, *Ἡ δὲ ὀψιμαθία φιλοπονία δόξειεν ἂν εἶναι ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν*, convenit unaquaeque nota *ὀψιμαθοῦς*, quae commemoratur. Earum prima est: *ὁ δὲ ὀψιμαθὴς τοιοῦτός τις, οἷος ῥήσεις μανθάνειν ἑξήκοντα ἔτη γεγονὼς καὶ ταῦτα ἄγων παρὰ πότον ἐπιλανθάνεσθαι.* Quod Palatinus praebet *ἑξηκονταέτης*, noluimus recipere, quod eo recepto tollendum esset *γεγονὼς* ut inutile et abhorrens ab consuetudine sermonis,

1) Cf. comment. meam de ostracismo in Encycl. Univ. Erschii et Gruberi III, 7. p. 177. not. 6. p. 180. not. 36. In novissimis *καὶ τοιαῦτα ἕτερα πρὸς τοὺς ξένους καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμοτρόπους καὶ ταὐτὰ προαιρουμένους* apparet *τοὺς-προαιρουμένους* etiam ad *τοὺς ξένους* spectare; neque enim verisimile est talibus vocibus eum adversus peregrinos quoslibet uti, cum civibus autem iis tantum sic loqui, qui moribus et partium studiis ipsi similes sint.

illud autem tollere parum probabile. Pro *καὶ ταῦτα* recte Schneiderus, Coraius et Astius reposuerunt *καὶ ταύτας*, pro *ἄγων* autem reliquorum librorum Palatinus *λέγων* praebet, Casaubonus vero *ᾄδων*, Pavus, Fischerus, alii *ᾄσων* de coniectura reposuerunt; atque hoc iam propterea est abiiciendum, quia Atticorum est non *ᾄσων*, sed *ᾀσόμενος*. Sed ne *ᾄδων* quidem ferri potest; nam *ῥήσεις* non canebantur sed recitabantur; hinc Theophrastus c. 15. opponit sibi *οὔτε ᾆσαι οὔτε ῥῆσιν εἰπεῖν;* hinc apud Aeschylum, Aristophanem, alios saepius reperitur *ῥῆσιν λέγειν;* Aristoteles (Poetic. 6, 12.) coniungit *ῥήσεις ἠθικὰς καὶ λέξεις;* Tzetzes (de different. poetar. in Mus. Rhenan. 1836. T. 4. p. 406 sq. vv. 123. 134.) *ῥῆσιν* unam dicit esse ex decem partibus tragoediae et eam quidem, in qua histrio quasi colloquatur cum spectatoribus iisque narret. Est igitur, ne multus sim, *ῥῆσις* longior quidem locus tragoediae verbis sententiisque imprimis moralibus illustris, quem pueri discebant et in conviviis assa voce recitabant. Itaque *λέγων* Palatini, quod Astius in verborum ordinem recepit et satis commode „inter recitandum" explicat, per se bonum est. Verum videndum, praestetne *καὶ ταύτας ὦν παρὰ πότον ἐπιλανθάνεσθαι*. Ex *ας ὦν* sive *ΑΣΩΝ* ortum est tum *ΑΓΩΝ* tum *ΛΕΓΩΝ*, nam *Α* et *Λ*, ut *Σ* et *Ε* a librariis saepe confunduntur.

Qui sequitur locus ad exercitia militaria ab filio discenda pertinens, postquam in eo pro *ἐπ' οὐρανὸν* rescriptum est *ἐπ' οὐράν*, nihil iam habet offensionis: *Καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ μανθάνειν τὸ ἐπὶ δόρυ καὶ ἐπὶ ἀσπίδα καὶ ἐπ' οὐράν.* Eo pluribus difficultatibus laborant proxima, quae unus habet Palatinus: *καὶ εἰς ἡρῷα συμβάλλεσθαι τοῖς μειρακίοις λαμπάδα τρέχειν.* Nam primum nulla, quod sciamus, erant Athenis sollemnia, quae *ἡρῷα* dicerentur; dein lampadum cursus olim Panathenaeis tantum, Prometheis et Vulcaniis habebatur; accesserunt post Persica bella Panis sacrificium et circa Peloponnesii belli initia Bendidia, quae eodem cursu illustrabantur; alia sollemnia, quae illum habuerint cursum, non novimus. Denique *συμβάλλεσθαι* neque licet cum Schneidero, qui *τρέχειν* rescripsit, de certando intellegere, quasi vero vetulus ille dicatur certare in lampadis cursu cum adolescentulis; nam ex sermonis usu sic *συμβαλεῖν τινι*, vel *συμβαλεῖν τινι μάχην*, non autem medium

συμβάλλεσθαι dicitur, id quod iam demonstravit Fossius (2, 43.). Neque magis proficias, si illud vocabulum, quae est eius usitatissima significatio, de stipis collationibus intellexeris; quid enim conferre symbolas ad sero eruditum pertineat, praesertim cum in cursum illum sumptus non cursores fecerint, sed gymnasiarchi? Quid multa? scripserim: *καὶ εἰς Ἑώρας συνάλλεσθαι* [*τοῖς παισὶ καὶ συναιωρεῖσθαι, καὶ εἰς Παναθήναια σὺν*] *τοῖς μειρακίοις λαμπάδα τρέχειν*, nisi praestat *Παναθήναια τοῖς μειρακίοις λαμπάδα* [*δια*]*τρέχειν*, quod *διὰ* in compositis de certando dicitur. In *Ἑώρας* voce primum ut intercideret *ς*, fecit quod sequitur vocabulum ab eadem littera incipiens; dein *Ἑώρα* ignotius abiit in satis vulgare *ἥρωα*. Pro *συνάλλεσθαι* autem quam facile fuerit *συμβάλλεσθαι* ab incurioso scriba reponi, satis apparet *). Denique quae intercidisse statuimus, per homoeoarcton interciderint; in his *εἰς Παναθήναια* posuimus, quod aliquod sollemnium nomen ponendum et Panathenaeorum lampadodromia celeberrima erat; alioquin licuisset etiam ponere *Προμήθεια* vel *Ἡφαιστεῖα*. Tantum de verbis; de re pauca sufficiant. Etenim *ἑώρα*, quae scriptura non minus quam *αἰώρα* nititur librorum mss. auctoritate, quamquam Wyttenbachius hanc solam probat, sed *ἑώρα*, sive potius, si Pollucem (4, 55.) et Athenaeum (14, 618.) audis, *αἱ ἑῶραι*, nomen erat festi diei apud Athenienses, *ἑορτῆς Ἀθήνησιν*, quae etiam *Ἀλῆτις* ferebatur, in cuius solle- 8
mnibus pueri ex adverso insidentes duabus extremitatibus trabis impositae transverso trunco aequalibus ponderibus se — invicem mutuae librationis reciprocatione sursum ac deorsum movebant, ut Wyttenbachii verbis utamur. Egimus de eo oscillationis ludicro accuratius in Enclyclopaedia Halana (III, 6, p. 251 sq.). Iisdem sollemnibus saltus dedisse pueros sua sponte est probabile neque ex *συμβάλλεσθαι* habemus quod eliciamus nisi *συνάλλεσθαι*.

Ἀμέλει δὲ κἂν που κληθῇ εἰς Ἡρακλεῖον ῥίψας τὸ ἱμάτιον τὸν βοῦν αἱρεῖσθαι ἵνα τραχηλίσῃ. Herculis templa s. *Ἡρακλεῖα* non erant, quae est Schneideri sententia, duo omnino Athenis, sed in ipsa quidem urbe fortasse nulla, in reliqua autem

*) [Foss. probante Fr. Hanovio in symb. crit. alteris p. XI. *εἰς Ἑρμαῖα συμβάλλεσθαι τοῖς μειρακίοις* [*καὶ*] *λαμπάδα τρέχειν. συμπαλαίειν* verisimilius videtur esse vel *συμπάλλεσθαι*.]

Attica plurima (Plutarch. Thes. 35.). Fere enim suum quisque pagus *Ἡρακλεῖον* habebat, nisi quod quattuor quibusdam pagis commune erat *τετράκωμον Ἡρακλεῖον* (Steph. B. v. *Ἐχελίδαι*); sic, ut eis utamur, Melitensibus erat Hercules *ἀλεξίκακος*, Plotheensium *Ἡρακλεῖον* commemoratur in C. Inscript. Graec. 121. Verum ex omnibus Heracleis pagorum nobilissima erant duo, quorum alterum Marathone, alterum in Cynosarge erat (Harpocr. v. *Ἡράκλεια*, Herod. 6, 116.); cum illo quodnam fuerit ludicrum certamen coniunctum, disce ex Boeckhii Explic. Pind. p. 193.; ab Heracleo Cynosargis non diversa fuisse videtur Herculis aedes in pago Diomiensium, cuius sollemnia significantur ab Aristophane (Rann. 663. *ὁπόθ' Ἡράκλεια τἀν Διομείοις γίγνεται*); nam Cynosarges non erat pagi sed gymnasii et adiacentis templi nomen, gymnasium autem illud in Diomiensium pago fuisse evicit C. O. Muellerus (in Leakii Topograph. Athenar. p. 460 sq. interpr. Rienaeckeri). Hinc *Ἡράκλεια* sive feriae Herculis, quae quarto quoque anno [1]), eoque, ni fallimur, secundo cuiusque Olympiadis mense Scirophorione [2]) agebantur, non in urbe, sed ruri et in pagis celebrabantur, et anno tantum Ol. 108, 2. propter metum Philippi, qui Thermopylis occupatis urbi infestus imminebat, Callisthene rogante in urbe agitata sunt [3]).

Redeo in viam. In *κληθῇ* latere *κληρωθῇ* perspexit iam Fossius; sed deest nomen muneris, ad quod ille sortito pervenerit; hinc intercidisse arbitror: *κἄν που [ἱεροποιὸς] κλη[ρω]θῇ εἰς Ἡρακλεῖον*, ut in Corp. Inscr. Gr. no. 214. est: *οἱ λαχόντες ἱεροποιοὶ εἰς τὸ τῆς Ἥβης ἱερόν*. Reliquum est pro *αἱρεῖσθαι* rescribatur *αἴρεσθαι*; dicit enim Theophrastus: sicubi (i. e. si suo in pago) sortito factus est *ἱεροποιός*, bovem sursum tollit, ut collum eius retorqueat; neque enim *τραχηλίζειν* de palaestrae

1) Apud Polluc. 8, 107. *οὗτοι (οἱ ἱεροποιοὶ) ἔθυον θυσίας· τὰς πεντετηρίδας — τὴν τῶν Ἡρακλείων* eum Meursio scribimus pro *Ἡρακλειδῶν*. Eo igitur ex loco apparet illa sollemnia quarto quoque anno solita esse agi; eum vero ennum fuisse secundum Olympiadis inde colligi licet, quod ea novimus a⁰ Ol. 108, 2. esse celebrata. 2) Fallitur Boehneckius „Forschungen" I, p. 655., quod ex Stephano B. v. *Ἐχελίδαι* apparere scribit, quod nullo modo inde apparet, Heraclea non Scirophorione sed Hecatombaeone, Panathenaeorum tempore esse acta. 3) Demosth. f. l. 368, 11. 379, 28.

quodam artificio intellegendum, id quod Astius statuit, sed ad sacrificia referendum est.

Καὶ προςανατρίβεσθαι εἰπὼν εἰς τὰς παλαίστρας. Hic *προςανατρίβεσθαι* significare „certare cum aliquo" et pro *εἰπών* esse *εἰςιών* scribendum Astius perspexit, eorum autem requiri significationem, quicum *ὀψιμαθής* ille certet, Fossius (2, 45) verissime statuit; sed quod post *παλαίστρας* intercidisse vult: *τοῖς νεανίαις*, ea de re aliter iudicamus; nam ut adolescentium gymnasia, ita puerorum erant palaestrae inque his instituebant *παιδοτρίβαι*. Quare malim: *καὶ [τοῖς παιδοτρίβαις] προςανατρίβεσθαι εἰςιὼν εἰς τὰς παλαίστρας.*

Quae sequuntur „*Καὶ ἐν τοῖς θαύμασι τρία ἢ τέτταρα πληρώματα ὑπομένειν τὰ ᾄσματα ἐκμανθάνων,*" eorum sententiam praeclare expedivit Fossius (2, 45 sqq.), nisi quod inter exhibendas illas praestigias esse etiam cantilenas cantatas non monstravit, et magis risum moverit vetulus, si ter quaterve praestigiis exhibendis interfuerit, non ut cantilenas, sed ut praestigiatorum *ἅλματα* s. saltus vel *κυβιστήματα* edisceret. Tale igitur quiddam extitisse hic coniecerim. — In proximis 10 *καὶ τελούμενος τῷ Σαβαζίῳ σπεῦσαι ὅπως καλλιστεύσῃ παρὰ τῷ ἱερεῖ* non minus caecutio quam reliqui; nam ne Fossio quidem opera successit in illis enodandis posita, qui etiam illud minus recte tradit, quod totum Sabazii, ut omnem Bacchi, cultum turpem et inhonestum dicit, quod cum illorum deorum sacris nocturnis, quippe quibus et viri et mulieres interfuerint, certamina pulchritudinis coniuncta fuisse eaque certamina explendis cupiditatibus inservisse vult.

Pluribus dicendum est de proxima et continente nota: *καὶ ἐρῶν ἑταίρας* (ita enim recte rescriptum est pro *ἱέρας*) *κριοὺς προςβάλλων ταῖς θύ[ραις] πληγὰς εἰληφὼς ὑπ' ἀντεραστοῦ δικάζεσθαι*, ubi pro *θυ* . . . recte repositum esse *θύραις* dubitationem non patitur. Schneiderus non constare sibi dicit, *κριοὺς* sive arietes militares num Theophrasti aetate iam habuerint cognitos: fugit igitur eruditissimum virum, quod ex Diodoro (12, 28. c. n. Wessel.) et Plutarcho (Pericl. 27.) constat, *τοὺς ὀνομαζομένους κριοὺς* Periclem primum ad Sami obsidionem adhibuisse eosque ab Artemone Clazomenio fuisse factos. Verum quis umquam ab amica exclusus aedes eius arietibus adhibitis impugnavit? Certe non propterea, quod aliquando pauperes

amatores admotis falcibus et bidentibus ruinam aedibus amicarum minitabantur, credibile est ad arietes descendisse vetulum istum. Hinc vide sitne rescribendum: *καὶ ἐρῶν ἑταίρας, μὴ καιρίους, προςβάλλων ταῖς θύραις, πληγὰς εἰληφὼς ὑπ' ἀντεράστου, δικάζεσθαι.* Amat vetulus scortum, exclusus aedes eius invehitur, in ea re deprehensus ab aemulo verberibus non letalibus i. e. vulgaribus excipitur; id tantum abest, ut ea animi aequitate ferat, quae illi lasciviae conveniat, ut aemulum in ius vocet atque sic risum hominum concitet.

Quae sequitur nota „*καὶ εἰς ἀγρὸν ἐφ' ἵππου ἀλλοτρίου ὀχούμενος ἅμα μελετᾶν ἱππάζεσθαι, καὶ πεσὼν τὴν κεφαλὴν κατεαγέναι*" nihil fere habet quod legentem moretur, nisi quod in scriptura Palatini *κατοχούμενος* praeter *ὀχούμενος* quoddam latere verbum videtur ab *κατὰ* incipiens, quod quale sit ignoramus; *ἱππάζεσθαι* autem esse „equum regere" atque sic differre ab *ἱππεύειν*, quod sit „equo vehi," docuit God. Hermannus (in Aristoph. Nub. 15.). Denique *κατεαγέναι* praesentis temporis notionem et medii vel neutralis verbi vim habere in vulgus notum est. — In proxima nota, quam unus praebet Palatinus, *καὶ ἕνδεκα λιταῖς συνάγειν τοὺς μετ' αὐτοῦ συναίξοντας* neque Schneideri *λίτραις*, quod ab Atticis moribus alienum est, neque Astii *καὶ ἐν δεκάταις συνάγειν τοὺς μετ' αὐτοῦ ᾄσοντας* vel *αὐλοῦντας* neque Fossii *καὶ ἐν δεκάταις σὺν αὐληταῖς συνάγειν τοὺς μετ' αὐτοῦ συνάξοντας* nobis satisfacit neque ipsi invenimus, quod placeret.

Illam autem notam haec excipiunt: *καὶ μακρὸν ἀνδριάντα παίζειν καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ἀκόλουθον διατοξεύεσθαι καὶ διακοντίζεσθαι καὶ ἅμα μανθάνειν παρ' αὐτοῦ ὡς ἂν καὶ ἐκείνου μὴ ἐπισταμένου*, quae Palatinus sic exhibet: *καὶ μακρὸν ἀνδριάντα πέζειν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ἀκόλουθον, καὶ διατοξ. καὶ διακ. τῷ τῶν παίδων παιδαγωγῷ καὶ ἅμα μανθάνειν κτλ.* Verissime hic docuit Fossius *τῶν παίδων* ante *παιδαγωγῷ* praemissum non esse insulsum additamentum, sed significare „suorum puerorum custodi." Neque plane displicet, quod idem post *μανθάνειν παρ' αὐτοῦ* intercidisse statuit *κελεύειν*, secutus Reiskii iudicium, qui id interponi iusserat, eaque significare voluit: a sese discere illum iubet, quasi etiam ille non calleat. Quamquam neque paedagogis Graecis eum constat fuisse sagit-

tarum et iaculorum usum, ut ridiculus visus sit, qui ea de re dubitaverit, et illud quoque mirum videtur, quod Theophrastus significare si illud voluit quod putant, non scripsit *ὡς ἂν καὶ ἐκεῖνον μὴ ἐπιστάμενον*. Dissimile autem veri est, quod Fossius Coraium secutus *πιέζειν* de coniectura reponit idque interpretatur: „et magnam statuam ad pedisequum apprimens eaque tamquam scopo utens cum liberorum suorum paedagogo iaculo et sagittis certat," etsi erat quoddam ludi genus, qui *ἐφεδρισμὸς* dicebatur, in quo, teste Polluce (9, 119.), *λίθον καταστησάμενοι πόῤῥωθεν αὐτοῦ στοχάζονται σφαίραις ἢ λίθοις.* Nos primum *παίζειν* retinemus; neque enim quidquam caussae est, cur cum *κύνα καὶ πόλιν παίζειν* dictum sit (Pollux 9, 99.), *μακρὸν ἀνδριάντα παίζειν* negetur dictum esse, quamquam quale 3 id lusus genus fuerit, ignoramus. Dein rescripserim: *καὶ ἅμα [γράμματα] μανθάνειν παρ' αὐτοῦ ὡς ἂν καὶ ἐκεῖνα μὴ ἐπιστάμενον*. Quam proclive fuerit inter *ἅμα* et *μανθάνειν* omittere *γράμματα*, non opus est quod pluribus doceatur. Id autem profecto ridiculum est illa aetate litteras discere, quas pueris vel *γραμματιστὴς* sive litterator vel, antequam huius in ludum mitterentur, iam paedagogus, si quis erudito utebatur paedagogo, tradere solebat. *Ὡς* hic dicitur non de simulata fictaque, sed de vera ratione, neque significat „quasi vero," sed „quippe cum, quia."

In novissima nota „*καὶ ὅταν ᾄσι γυναῖκες, μελετᾶν ὀρχεῖσθαι, αὐτὸς αὑτῷ τερετίζων*" nos quidem *ᾄσι* retinemus, pro quo Schneiderus *παρῶσι*, Astius *ἴωσι*, Fossius *ἴδωσι* scripserunt de coniectura; namque *εἶναι* nonnumquam legitur significatu verbi *παρεῖναι*, veluti apud Platonem (Protagor. p. 315, e. c. n. Astii); *τερετίζειν* autem non tantum de cicadarum et hirundinum cantu dicitur, sed etiam de sono citharae et tibiae (cf. Babr. 914.); hic, ni fallimur, significat vetulum tibiae sonum imitari.

III.

Maledicentiae Theaphrastus hanc habet finitionem: *Ἔστι δὲ κακολογία ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις.* Hic Palatinus *ἔστι δὲ ἡ κακ.*, recte; nam sic Theophrastus fere semper, nisi quod etiam c. 13. et 18. omisit articulum; *τῆς ψυχῆς* Astius ut a librario male feriato profecta uncinis circumdedit, ratione

usus fere nulla; neque apparet id cur hoc loco respuat, quod tulit c. 14. *ἔστι δὲ ἡ ἀναισθησία-βραδυτὴς τῆς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ ἐν πράξεσι*, et c. 25. *ἡ δειλία δόξειεν ἂν εἶναι ὕπειξις τῆς ψυχῆς ἔμφοβος.* Merito autem offensioni est *ἀγών*, cuius loco Casaubonus *ἀγωγή*, Hottingerus *ἀγωγὸν* rescripsit; sed neutram vocem probari potest eo esse significatu, quo volunt, ut „propensionem animi“ indicet; quare coniecerim *ἀγωνία* „contentio animi.“

Ὁ δὲ κακολόγος τοιόσδε τις οἷος ἐρωτηθεὶς ὁ δεῖνα τίς ἐστιν. Quod reliqui libri post *τοιόσδε τις* interponunt *ἐστί*, recte id omittitur in Palatino, cum absit etiam a plerisque reliquorum characterismorum neque extet nisi c. 3. 29. 30. Etiam illud Palatinus recte, quod *ὁ δεῖνα τίς ἐστιν* praebet; nam *τί ἐστιν*, quod est in reliquis libris, quandam etiam eius qui interrogat invidiam et malevolentiam indicaverit.

Οὐκοῦν δὲ καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες πρῶτον ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ἄρξομαι τούτου· ἔστι δὲ ἡ γενεαλογία ἥδε. ὁ μὲν πατὴρ ἐξ ἀρχῆς Σωσίας ἐκαλεῖτο. Quae diductis litteris expressa sunt, ex Palatino accesserunt; huic etiam debentur *ἄρξομαι* et *ἐξ ἀρχῆς Σωσίας*, cum in reliquis extet *ἄρξασθαι* et inverso ordine *Σωσίας ἐξ ἀρχῆς*. Neque dubitari potest, quin tum *ἄρξασθαι* orationis in compendium redactae, *ἄρξομαι* autem potius sermonis ad vitam facti, tum verba *καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες* non ipsius obtrectatoris, sed Theophrasti sint de eo narrantis. Apparet iam deesse ad integritatem orationis infinitivum cum *οἷος* coniungendum, velut *λέγειν, εἰπεῖν, ἀποκρίνασθαι.* Quod autem Fossius (3, 4 sqq.) omisso *οὐκοῦν δέ*, quippe quod, sive sic sive *οὔκουν δέ* scribatur, difficilem explicatum habeat, rescripsit: *εἰπεῖν, καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες, Πρῶτον ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ἄρξομαι. τούτου ἐστὶ δὴ ἡ γενεαλογία ἥδε*, id etsi ad sententiam satis aptum, parum tamen probabile est *εἰπεῖν* in *οὐκοῦν δὲ* abiisse. Itaque aliud quaerendum est, quod in *οὐκοῦν δέ* lateat, quo simul satisfiat desiderio infinitivi; nondum vero inveni, quod esset verisimile. Reliquis medeor transponendo *τούτου* verbo: *πρῶτον ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ἄρξομαι. ἔστι δὲ ἡ γενεαλογία ἥδε. Τούτου ὁ μὲν πατὴρ ἐξ ἀρχῆς Σωσίας ἐκαλεῖτο.*

Ἐγένετο δ' ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος, ἐπειδὴ δ' εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφη. Non satisfacit nobis Astii coniectura

ἔπειτα pro *ἐπειδὴ* rescribentis, immo intercidisse videtur 12
apodosis fere haec: *ἐνεγράφη, Σωσίδημος ἐλέγετο*, ut ter pater mutasse nomen dicatur. Primum enim servili nomine utebatur, itaque famulabatur; nam *Σωσίας*, ut contractum *Σῶσις*, apud Syracusanos quidem etiam liberorum hominum (cf. Krueger in Xenoph. Anab. I, 2, 9.), apud Athenienses autem servorum imprimis erat nomen, unde in Andria et in Hecyra Terentii personae sunt Sosia libertus, Sosia servus. Tum stipendia meruit idque fortasse inter calones aut inter levis armaturae milites, ad quod militiae genus nonnumquam, maxime difficilioribus reipublicae temporibus, etiam servi admittebantur; sic libertatem vel populi vel domini sui beneficio consecutus, deposito nomine servili voluit eo se appellari, quod scimus liberorum hominum fuisse etiam apud Athenienses (cf. Ross die attischen Demen p. 108.). Tertio mutavit nomen, cum, donis fortasse corrupto alicuius pagi tribuno, tabulis illius pagi sive lexiarchico grammateo inscriberetur; fecit illud, quo facilius fraus celaretur, qua ad civitatem pervenisset. Posuimus de coniectura *Σωσίδημος*, ut aliquod nomen poneremus; potuissemus etiam *Σωσιγένης, Σωσίπολις, Σωσίθεος, Σωσικλῆς* vel aliud nomen ponere, quod a *Σωσι* incipit; nam talia nomina significat patrem adamasse, memoria instinctum antiquae servitutis. Tantum de patre.

Ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενὴς Θρᾷττά ἐστι. καλεῖται γοῦν ἡ ψυχὴ Κρινοκόρακα· τὰς δὲ τοιαύτας φασὶν ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι. Obtrectator eo est acerbior, quod laudare ubi videtur, ibi maxime vituperat. Namque cum Thressae Athenis non fuerint nisi ancillae et ancillarum multae ipso Thressarum nomine sint dictae, quod matrem, „nobilem Thressam“ appellat, eo significat illam „nobilem esse ancillam.“ Sed quae ex Palatino solo accesserunt *καλεῖται γ. ἡ ψ. Κρινοκόρακα*, prospero eventu nondum quisquam expedivit. Concedo Fossio (3, 7) nomen videri inesse, quod matrem significet corpore quaestum fecisse, concedo eo quaestu Thressas Athenis infames fuisse, sed quod coniecit *Κοινοκόρακα* nihili est, neque apparet, quid verbis *ἡ ψυχὴ* fiat; neque enim propterea quod ab amantibus amicae blandiendi caussa „animae“ et „animulae“ appellari solebant, maledicus ille sic de scorto commode dixerit. Hinc coniecerim: *καλεῖται γοῦν ἡ φυλὴ Βινοκοράσια.* Nisi hic quoque praestat ampliandi potestate usum dicere mihi non liquere.

Αὐτὸς δὲ οὗτος ὡς ἐκ τοιούτων γεγονὼς κακὸς καὶ μαστιγίας. Ita Palatinus recte: reliqui *τούτων* praebent et *καὶ* omittunt. — Quae sequuntur, silentio praetermittimus, sed in verbis „*αὗται αἱ γυναῖκες ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας συναρπάζουσι καὶ οἰκία τις αὐτὴ τὰ σκέλη ἠρεῖσθαι· οὐ μὲν οἷον λῆρόν ἐστι τὸ λεγόμενον ἀλλ' ὥςπερ αἱ γυναῖκες ἐν ταῖς ὁδοῖς συνέχονται* primum pro codicis scriptura *αὐτὴ* Astius et Fossius *αὕτη*, et pro *ἠρεῖσθαι* Schneiderus, Astius et Fossius *αἵρεσθαι*, quorum hoc probamus, pro illo scribendum putamus *αὑταῖς* „domum aliquam habent, in qua scortentur," dein malim: *οὐ μέντοι οἷον λῆρός ἐστι τὸ λεγόμενον, ἀλλ' [ἀληθῶς] ὥςπερ αἱ[κύνες, αὗται αἱ] γυναῖκες ἐν ταῖς ὁδοῖς συνέρχονται*, quorum alia aliis debentur, a nobis et *ἀληθῶς* interpositum et *συνέρχονται* rescriptum est. Namque primum *ἀληθῶς*, quod inter *ἀλλ'* et *ὡς* facilo intercidere poterat, requiritur, ut oppositio magis appareat antecedentium *λῆρός ἐστι*. Dein *συνέχεσθαι* quod „adhaerescere, se applicare" interpretantur et allato Lucretiano (4, 1197.) „in triviis — canes — validis Venoris compagibus haerent" illustrant, in obscenam partem esse acceptum non constat; certe quo Fossius utitur loco Luciani (Dialog. Mort. X, 12.), alienus est; magis ad rem appositus fuerit locus Machonis ap. Athen. XIII, 578. f. *συνεῖχ' αὐτὴν μόνος Γαμετῆς τρόπον γυναικός*, sed ne is quidem probat quod volunt; *συνέρχεσθαι* autem de coeundo dici non est quod exemplis confirmetur.

Ἀμέλει δὲ καὶ κακῶς ἑτέρων λεγόντων συνεπιλαμβάνεσθαι εἰπών, Ἐγὼ δὲ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον πλέον πάντων μεμίσηκα· καὶ γὰρ εἰδεχθής τις ἀπὸ προςώπου ἐστίν, ἡ δὲ πονηρία οὐ ὅμοιον· σημεῖον δέ· τῇ γὰρ αὐτοῦ γυναικὶ τάλαντα εἰςενεγκαμένῃ ᾗ προῖκα, ἐξ ἧς παιδίον αὐτῷ γέγονε, τρεῖς χαλκοῦς εἰς
13 *ὄψον δίδωσι καὶ τῷ ψυχρῷ λούεσθαι ἀναγκάζει τῇ τοῦ Ποσειδῶνος ἡμέρᾳ.* Hic *ἀπὸ προςώπου* Palat., *ἀπὸ τοῦ πρ.* reliqui libri; mox pro *οὐ ὅμοιον* Palatini, *οὐδὲν ὅμοιον* reliqui libri; unde *τῇ δὲ πονηρίᾳ οὐδὲν ὅμοιον* non pauci editorum de coniectura Schwarzii correxerunt; nobis commodissimum videtur pro *οὐ* rescribere *αὐτοῦ*. Deesse ad integritatem orationis numerum talentorum cum sua sponte appareat, satis probabiliter Fossius rescripsit: *τάλαντα εἰςενεγκαμένῃ ἡ προῖκα* illamque verborum

collocationem demonstravit non in reprehensionem venire. Sed non minore probabilitate statuas ἡ ex fine antecedentis vocabuli male repetitum esse, ante εἰςενεγ. autem intercidisse ἑ. *). Denique τῇ et ἡμέρᾳ, quorum illud unus Palatinus, hoc etiam reliqui libri praebent, cum Astio inducenda arbitramur, ut a librario profecta, qui eo additamento genitivum explicandum putavit.

IV.

Reliqui sunt duo characterismi anno demum MDCCLXXXVI. ab Amadutio ex codice Palatino editi, quorum Casaubonus solos indices noverat, quos quidem indices habet etiam Monacensis liber. Eorum priorem, qui est περὶ φιλοπονηρίας sive de voluptate, quae ex aliorum improbitate capitur, nunc pertractaturi sumus, alterum alii opportunitati reservamus excutiendum. Φιλοπονηρία non ipsa est improbitas, sed improbitati valde propinqua, eodem ex animo, unde haec, profecta, sed audacia carens. Neque enim ipse improbe agit, sed gaudet, si quae ab aliis improbe fiunt. In finitione igitur Ἔστι δὲ ἡ φιλοπονηρία ἐπιθυμία κακίας, vox ἐπιθυμία non est de „cupiditate," sed de „voluptate" accipienda.

Ὁ δὲ φιλοπόνηρός ἐστι τοιόςδε τις, οἷος ἐντυγχάνειν τοῖς ἡττημένοις καὶ δημοσίους ἀγῶνας ὠφληκόσι καὶ ὑπολαμβάνειν, ἐὰν τούτοις χρῆται, ἐμπειρότερος γενήσεσθαι καὶ φοβερώτερος. Hic primum Astius merito in suspicionem vocavit τοῖς ἡττημένοις καὶ δημ. ἀγ. ὠφληκόσι; offensioni enim esse et ἡττημένοις nude positum et ἀγῶνας ὀφλεῖν; quod autem coniecit „τοῖς ἡττημένοις δημοσίους ἀγῶνας καὶ ὠφληκόσι (multae damnatis)" parum placet; nam sic locus ad eos solos spectaret, qui essent in iudiciis publicis damnati, neglectis iis, si qui privatis in iudiciis caussa cecidissent, quamquam etiam horum consuetudo debebat φιλοπονήρῳ grata esse; dein καὶ ὠφληκόσι aut praeter necessitatem esset additum, aut indicaret φιλοπόνηρον cum iis versari, qui in iudiciis publicis multae essent condemnati, eos autem non curare, quibus esset illis in iudiciis carceris vel infamiae poena irrogata, cuius quidem contemptus nulla probabilis

*) [Lenius multo et rei aptius est Duebneri illud τάλαντον εἰςενηνεγμένη προῖκα.]

ratio fingi potest. Quare scribendum arbitramur: *τοῖς [δίκαις καὶ διαίταις] ἡττημένοις καὶ δημ. ἀγῶνας ὠφληκόσι;* nam *ὀφλεῖν* etiam eum dici, qui in causa publica sit condemnatus, satis erit uno loco comprobare Demosthenis (c. Timocr. p. 732. §. 103. *κἂν ἀστρατείας τις ὄφλῃ.* — Dein pro *τούτοις* scribendum videtur *τοιούτοις*; *ἐντυγχάνειν* autem non hic significare „obviam fieri, convenire," sed „uti aliqno, cum eo versari," ex *χρῆται* apparet quod sequitur. Denique non habet offensionem, quod *ἐμπειρότερος* hic extat non addita rei memoria, in qua ille fiat peritior, quae ubi adiicitur, genitivo vel *περὶ* cum accusativo indicatur; nam illa etiam alibi omittitur, ubi ex cohaerentia orationis satis apparet.

Sequitur locus, qui multas habet difficultates: *Καὶ ἐπὶ τοῖς χρηστοῖς εἰπεῖν, ὡς γίνεται, καί φησιν ὡς οὐδεὶς ἐστιν χρηστός, καὶ ὁμοίους πάντας εἶναι, καὶ ἐπισκῆψαι ὡς χρηστός ἐστι, καὶ τὸν πονηρὸν δὲ εἰπεῖν ἐλεύθερον.* Hic pro *φησίν* Astius de Schneideri coniectura reponit *φῆσαι*, dein *ὡς γίνεται* vult formulam esse extenuandi, tum Coraium secutus rescripsit *ἐπισκῆψαι ὅς χρηστός ἐ.* h. e. *ἐκείνῳ* s. *τούτῳ ὅς*, postremum *ἐπισκῆψαι* interpretatur: „incessere, accnsare, reprehendere." At neque *ὡς γίνεται* illam habet extenuandi vim, et *ἐπισκῆψαι* si illo accipitur sensu, ieiunum videtur; magis aptum fuerit „*σκῶψαι*," quod ab Coraio et Nastio est propositum. Nobis ampliandum videtur; neque enim admodum placent, quae ipsi excogitavimns: *καὶ ἐπὶ τοῖς χρηστοῖς εἰπεῖν, ὡς οὐδείς ἐστι χρηστὸς*
14 *καὶ ὁμοίους πάντας εἶναι, καὶ ἐπισκῆψαι [δὲ φῆσαι καὶ τὸν πονηρότατον, ἐὰν ἀπογένηται, ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐπιγράψαι] ὡς χρηστός ἐστι κτλ.* „De probis dicit neminem esse probnm, immo omnes sibi pares et mandare etiam improbum, ut si quid sibi acciderit, monumento inscribatur, se probum esse: qui autem improbus est, eum liberum dicit." Namque *ἀπογίνεσθαι* mitigata oratione de moriendo dici satis constat; vide, ut his ntamur, Herodot. I, 136. Thuc. 2, 34. 5, 74. Lex. Rhet. 210, 22. Fato autem perfuncti plerique omnes in monumentis ut *χρηστοὶ* laudabantur; cf. Theophr. Char. 13.; neque in titulis sepulcralibus quidquam vulgarius est quam *ἥρως χρηστὲ χαῖρε*, aut addito nomine veluti *Παράμονε χρηστὲ χαῖρε* C. I. Gr. 1666. 2197. 2203. 2261. al.

Καὶ εὔνους δὲ εἶναι τῷ ἐν ἐκκλησίᾳ λέγοντι ἢ ἐπὶ δικαστηρίῳ κρινομένῳ. Absonum est φιλοπόνηρον omnibus favere quicumque vel in contione verba faciant vel in iudiciis caussam dicant; immo eam benevolentiam illum contulisse par est tantum erga improbos; hinc pro τῷ scribe αὐτῷ, nisi post τῷ aliquid intercidit, veluti συκοφάντῃ. Namque, quem φιλοπόνηρος ut κύνα τοῦ δήμου laudavit, eum apparet sycophantam esse atque πόνηρος et συκοφάντης finitimi sunt (Demosth. c. Aristogit. I, 784, 28. §. 48. συκοφάντου καὶ πονηροῦ.). Pro λέγοντι fortasse praestat κινδυνεύοντι. Dein scribendum δικαστηρίου. sic Demosth. c. Theocrin. 1335, 2. §. 40. ἐπὶ μὲν τοῦ δικαστηρίου καὶ τοῦ βήματος ἐχθροὺς εἶναι φάσκοντας ἀλλήλοις.

Καὶ προςκαθήμενος δὲ εἰπεῖν δεινὸς ὡς οὐ δεῖ τὸν ἄνδρα ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα κρίνεσθαι. Quid hic sibi velit προςκαθήμενος, quod de obsidente urbem dici solet, haud facile dixeris; fortasse latet in eo πρὸς τοὺς καθημένους δὲ εἰπεῖν δεινός; dici enim καθῆσθαι de iudicibus et de contione satis constat: sic apud Demosth. Phil. II. p. 66. §. 4. ὑμεῖς οἱ καθήμενοι de hac, c. Theocr. 1329, 18. §. 25. τοὺς ὑπὲρ τῶν νόμων καθημένους de iudicibus intellegendum est.

Καὶ εἰπεῖν ὡς οὐχ ἕξομεν τοὺς ὑπὲρ τῶν κοινῶν συναχθεσθησομένους, ἂν τοὺς τοιούτους προιώμεθα. Hic συναχθ. quod Astius recte interpretatur, „reipublicae vicem doleant" minus aptum est, sed sine dubio scribendum συναπεχθησομένους „qui reipublicae caussa simultates suscepturi sint;" Demosth. c. Aristog. 2, 807, 24. §. 24. πᾶσιν ὑπὲρ ὑμῶν ἀπεχθάνεσθαι τοῖς φαύλοις [Cobetus συναχθησομένους.]

Δεινὸς δὲ καὶ προστατῆσαι φαύλων. Fortasse intercidit μετοίκων. Namque cum inquilinis cive patrono opus fuerit Athenis, pravi inquilini pravos cives patronos adoptabant, pravi cives patrocinium pravorum inquilinorum suscipiebant; hinc Isocrat. de pac. c. 17. §. 53. τοὺς μὲν μετοίκους τοιούτους εἶναι νομίζομεν, οἵουςπερ ἂν τοὺς προστάτας νέμωσιν.

XII.

COMMENTATIO THEOPHRASTEA QUINTA *).

3 Theophrasti Eresii libellus, cui ἠθικοὶ χαρακτῆρες est inscriptum, ita mancus aetatem tulit, ut virtutum descriptiones, quas ille esset complexus, perierint omnes, vitiorum autem notationes XXX tantum, vel, si mavis (nam capiti quinto duo insunt characterismi) XXXI ad nos pervenerint. Eum vero numerum ipsum esse Theophrasteum parum probabile; namque non est credibile, qui tribus capitibus vitia adeo finitima sibi ut *ἀδολεσχίαν λαλιὰν λογοποιΐαν* enarrarit, eum tot aliorum vitiorum descriptiones fuisse omissurum. Neque desperamus futurum, ut aliquando reperiatur codex, quo superstitum notationum numerus augeatur. Eam autem in spem duo sunt quae nos adducant; nam inter annum MDXXVII, quo prima XV capita ab Bilibaldo Pirkheimero edita, et annum MDCCLXXXVI, quo duo novissima ab Amadutio reperta sunt, libellus paullatim demum ad eum, qui nunc est, numerum accrevit; dein de XXX superstitibus XIII ab α littera incipiunt, *ἀγροικία ἀδολεσχία ἀηδία αἰσχροκέρδεια ἀκαιρία ἀλαζονεία ἀναισθησία ἀναισχυντία ἀνελευθερία ἀπιστία ἀπόνοια ἀρέσκεια αὐθάδεια*, terni ab litteris δ et μ *δειλία δεισιδαιμονία δυσχέρεια, μεμψιμοιρία μικρολογία μικροφιλοτιμία*, bini ab litteris κ, λ, ο *κακολογία κολακεία, λαλιὰ λογοποιΐα, ὀλιγαρχία ὀψιμαθία*, singuli ab β, ε, π, φ *βδελυρία εἰρωνεία περιεργία ὑπερηφανία φιλοπονηρία*; inde autem videtur coniectura capienda esse primam partem, quae ab α littera incipientes characterismos comprehenderit, ampliorem ad nos pervenisse, ex reliquis partibus longe plura periisse.

Quae vero extant vitiorum notationes, earum conditio tristissima est; nam multa insunt manca corrupta disiecta. Videtur

*) [Praemissa indici schol. hiem. a 1850 — 1851.]

illud inde potissimum esse repetendum, quod adhuc nondum ullus innotuit liber, quo ipsam referri dixeris formam Theophrasteam, sed omnes libri compendium tantum illius primigeniae formae praebent, alii contractius alii amplius. Perspectum id maxime est post collatos libros Monacensem et Palatinum, quorum Monacensis brevissimam, Palatinus locupletissimam speciem exhibent; reliqui enim medium quendam locum inter utrumque tenent. Sed ne Palatinus quidem eam habet formam, cui nihil ad integritatem deesse dixeris. Verum in XV prioribus capitibus, in quibus nos destituit Palatinus, paulo difficilius est non quidem corruptelas agnoscere, sed corruptis medicinam probabilem afferre. Nihilominus consilium nobis est illa ipsa eo animo apud vos, cives optimi, paullatim percurrere, ut in quibus vel iusto ordini reddendis vel emaculandis incepta aliorum eventu caruerint, nos 4
quoque periculum faciamus, si forte nobis felicioribus esse contingat; nonnumquam satis habebimus significasse, si qua in illis turbata corruptave nobis esse appareant, nondum vero alii indicarint ita sibi videri. Utrumque sic facturi sumus, ut in refellendis aliorum sententiis otio legentium non abutamur, praesertim cum in illa librorum mss. conditione rarius, quid scripserit Theophrastus, certo efficere, plerumque id tantum suspicari possimus, quid fere ad orationis integritatem desideretur.

Initium autem facimus ab prima sive *εἰρωνείας* notatione, cuius pauca quaedem menda iam in prima Theophrastea commentatione tollere conati sumus. Illam satis constat duplici potissimum macula affectam esse tum omissis temere, quibus carere oratio nequeat, tum verbis sententiisqne prave transpositis. Utrumque exemplis comprobabimus. *Ὁ δὲ εἴρων*, inquit, *τοιοῦτός τις, οἷος — Καὶ ἐπαινεῖν παρόντας οἷς ἐπέθετο λάθρα, καὶ τούτοις συλλυπεῖσθαι ἡττημένοις, καὶ συγγνώμην δὲ ἔχειν τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσι καὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις, καὶ πρὸς τοὺς ἀδικουμένους καὶ ἀγανακτοῦντας πρᾴως διαλέγεσθαι, καὶ τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπουδὴν βουλομένοις προστάξαι ἐπανελθεῖν, καὶ μηδὲν ὧν πράττει ὁμολογῆσαι ἀλλὰ φῆσαι βουλεύσεσθαι, καὶ προςποιήσασθαι ἄρτι παραγεγονέναι καὶ ὀψὲ γενέσθαι αὐτὸν καὶ μαλακισθῆναι. καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους καὶ ἐρανίζοντας ὡς οὐ πωλεῖ καὶ μὴ πωλῶν φήσει πωλεῖν. καὶ ἀκούσας τι δόξει μὴ προςποιεῖσθαι. καὶ*

ἰδὼν φήσει μὴ ἑωρακέναι καὶ ὁμολογήσας μὴ μεμνῆσθαι. Hic iam in verbis καὶ τούτοις συλλυπεῖσθαι ἡττημένοις offendimus, idque tribus nominibus. Primum enim falsus simulabit potius misericordiam, quam misericordia commovebitur, si qui discesserint inferiores; desideramus igitur δόξαι vel προςποιήσασθαι, quod adiectum verbo συλλυπεῖσθαι licebit etiam referre ad συγγνώμην δὲ ἔχειν. Dein cum credibile non sit, in quacumque re inferior discesseris, alium tui vel capi misericordia vel simulare misericordiam, desideramus rei memoriam, in qua discesseris inferior, veluti ἐν δίκῃ μεγάλῃ, vel, ut c. 11., μεγάλην δίκην ἡττημένοις. Namque si quis ex c. 29. efficere velit solo ἡττημένοις satis significari qui ceciderint causa, iam p. 247. declaravimus illic pro τοῖς ἡττημένοις καὶ δημοσίους ἀγῶνας ὠφληκόσι scribendum nobis videri τοῖς [δίκαις καὶ διαίταις] ἡττημένοις καὶ δημ. ἀ. ὠ. Denique ut nunc locus est comparatus, τούτοις referri nequit nisi ad οἷς ἐπέθετο λάθρα, id est ad eos, quibus ille absentibus obtrectat, praesentes laudat; atqui ea in re non cernitur simulatio; nam etiam qui falsus non est, potest, cui modo absenti obtrectarit, eiusdem et ex animi quidem sententia misereri, si quid ei secus acciderit. Quamobrem intercidisse arbitramur quibus demonstretur οὗτοι quinam sint, in hunc fere modum: καὶ τούτοις συλλ. ἡττημένοις [οἷς . . . Namque falsus simulabit etiam misericordiam, si causa ceciderit is, quem ipse in ius vocarit, is in quem adversarios concitarit, in quem testimonium dixerit, in quem adversarii causam patronus defenderit. — Post καὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις iam alii intellexerunt desiderari μὴ ἀγανακτεῖν vel simile quiddam; verum etiam ante πρὸς τοὺς ἀδικουμένους aliquid videtur ad integritatem deesse; namque cum eo, qui acceptam ab aliis iniuriam indignatur, etiam qui falsus non est, comiter blandeque loquatur; at quos ipse sciens dolo malo ea iniuria affecerit quam illi graviter ferunt et stomachantur, eos falsus solus blandis verbis delenire studebit, si forte sibi contingat ut ab iis iniuriae auctor non habeatur. Itaque videndum est, intercideritne ὑπ' αὐτοῦ ante ἀδικουμένους.

Tum verba καὶ μηδὲν ὧν πράττει — βουλεύσεσθαι esse in inferiorem locum post μαλακισθῆναι releganda iam alii bene multi docuerunt, neque eos fugit incisum illud ὡς οὐ πωλεῖ — πωλεῖν parum cohaerere cum verbis καὶ πρὸς τοὺς ἐρανίζοντας,

ideoque intercidisse videri non tantum *καὶ πωλῶν φῆσαι* ante 5 *ὡς οὐ πωλεῖ*, sed etiam quaedam vocabula, quae integritatem reddant verbis *καὶ — ἐρανίζοντας*. Illud autem quem in modum efficeretur, nondum quisquam significavit, id quod eo magis mirere, cum simul illos fefellisse videatur verborum *καὶ μηδὲν ὧν πράττει ὁμολογῆσαι* non esse iustam oppositionem *ἀλλὰ φῆσαι βουλεύεσθαι*, sed illa cohaerere potius cum verbis [*πωλῶν*] *ὡς οὐ πωλεῖ καὶ μὴ πωλῶν φ. π.*, haec autem *φῆσαι βουλεύεσθαι* integritatem reddere posse verbis *καὶ πρὸς τοὺς — ἐρανίζοντας*. Itaque omnis locus sic fere videtur redintegrandus: *καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους καὶ ἐρανίζοντας φῆσαι βουλεύεσθαι. καὶ μηδὲν ὧν πράττει ὁμολογῆσαι; ἀλλὰ* [*πωλῶν φῆσαι*] *ὡς οὐ πωλεῖ καὶ μὴ πωλῶν φῆσαι πωλεῖν.*

Sequitur *καὶ ἀκούσας τι δόξει μὴ προςποιεῖσθαι.* Sententiam hic desiderari, „falsum, si quid audiverit, simulare se non audisse," eo minus poterat dubitari, cum statim sequatur „et si viderit, negare se vidisse;" neque illud quemquam fugiebat *δόξει* et *προςποιεῖσθαι* non posse simul stare, sed alterutrum abesse oportere. Viam vero, qua utrumque consequamur, cum nondum quisquam probabilem monstraverit, non inutile fuerit dicere quid nobis videatur. Etenim quod hic superfluum legitur *δόξει* vel *προςποιεῖσθαι*, id ipsum est, quod supra post *συλλυπεῖσθαι* desideratur; hic vero eius in locum succedat *προςσχεῖν: καὶ ἀκούσας τι προςποιεῖσθαι μὴ προςσχεῖν.* — Denique verba *καὶ ὁμολογήσας μὴ μεμνῆσθαι* non eum in locum conveniunt, ubi falsus dicitur nihil eorum profiteri quae agat; at optime quadrant in illud *καὶ πρὸς — ἐρανίζοντας* in hunc fere modum: *καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους καὶ ἐρανίζοντας φῆσαι βουλεύεσθαι καὶ ὁμολογήσας μὴ μεμνῆσθαι:* iis, qui ab se vel mutuari vel stipem erogare velint, dicit se eam rem in deliberationem vocaturum, et si iam promisit daturum, dicit se eorum non meminisse. Iam omnem locum sic refinxerimus:

Καὶ ἐπαινεῖν παρόντας οἷς ἐπέθετο λάθρα. καὶ τούτοις [*δόξαι*] *συλλυπεῖσθαι* [*μεγάλας δίκας*] *ἡττημένοις* [*οἷς ἐπεθ. λάθρα*]. *καὶ συγγνώμην δὲ ἔχειν τοῖς αὐτὸν κακῶς λέγουσι καὶ* [*μὴ ἀγανακτεῖν*] *ἐπὶ τοῖς καθ' αὐτοῦ λεγομένοις. καὶ πρὸς τοὺς* [*ὑπ' αὐτοῦ*] *ἀδικουμένους καὶ ἀγανακτοῦντας πρᾴως διαλέγεσθαι. καὶ τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπουδὴν βουλομένοις προςτάξαι*

ἐπανελθεῖν καὶ προςποιήσασθαι ἄρτι παραγεγονέναι καὶ ὀψὲ γενέσθαι αὐτὸν καὶ μαλακισθῆναι. καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους καὶ ἐρανίζοντας φῆσαι βουλεύσεσθαι καὶ ὁμολογήσας μὴ μεμνῆσθαι. καὶ μηδὲν ὧν πράττει ὁμολογῆσαι ἀλλὰ [πωλῶν φῆσαι] ὡς οὐ πωλεῖ καὶ μὴ πωλῶν φῆσαι πωλεῖν, καὶ ἀκούσας τι προςποιεῖσθαι μὴ προςσχεῖν καὶ ἰδὼν φῆσαι μὴ ἑωρακέναι. Καὶ τὰ μὲν σκέψασθαι κτλ.

II.

Adulatoris descriptio (c. II.) iusto ordine adeo caret, ut hic, quod est in proverbio, summa videantur esse imis commista. Namque cum ex novissimis verbis *τὸν κόλακα ἔστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα οἷς χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει* videatur apparere distinxisse Theophrastum inter ea quae ab adulatore dicantur et ea quae ab eodem agantur, ut c. 6. *ἀπόνοια* dicitur *ὑπομονὴ* esse *αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων*, c. 8. *λογοποιΐα σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων*, c. 13. *περιεργία-προςποίησίς τις λόγων καὶ πράξεων*, c. 14. *ἀναισθησία βραδυτὴς τῆς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν*, quae agantur autem iis quae dicantur eum postposuisse, nunc utraque inter se confusa sunt. Verum ut saepe, ita hic quoque facilius est perspicere, quo malo locus laboret, quam laboranti mederi, atque promptius legentibus de morbo quam de medicinae veritate persuadebis. Hinc infra ponenda curabimus Theophrasti verba primum quo in libris leguntur ordine, tum eo qui nobis desiderari videtur, praemissis paucis, quibus mutationum rationes reddantur.

6 *Τὴν δὲ κολακείαν ὑπολάβοι ἄν τις ὁμιλίαν αἰσχρὰν εἶναι συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι, τὸν δὲ κόλακα τοιοῦτόν τινα, ὥςτε ἅμα πορευόμενον εἰπεῖν, „Ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσι πρός σε οἱ ἄνθρωποι, τοῦτο οὐδενὶ τῶν ἐν τῇ πόλει γίνεται πλὴν ἢ σοί.“ „Ηὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ στοᾷ· πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων καὶ ἐμπεσόντος λόγου, τίς εἴη βέλτιστος, ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας, ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι·“ καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν. Ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα· καὶ ἐάν τι πρὸς τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς ἀπὸ πνεύματος προςενεχθῇ ἄχυρον, καρφολογῆσαι, καὶ ἐπιγελάσας δὲ εἰπεῖν, „ὁρᾷς; ὅτι δυοῖν σοι ἡμερῶν οὐκ ἐντετύχηκα, πολιῶν*

ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεστόν, καίπερ, εἴ τις καὶ ἄλλος, ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα.“ Καὶ λέγοντος δὲ αὐτοῦ τι τοὺς ἄλλους σιωπᾶν κελεῦσαι, καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἀκούοντος, καὶ ἐπισημήνασθαι δέ, εἰ παύσεται, „Ὀρθῶς.“ καὶ σκώψαντι ψυχρῶς ἐπιγελάσαι, τό τε ἱμάτιον ὦσαι εἰς τὸ στόμα, ὡς δὴ οὐ δυνάμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα. καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐπιστῆναι κελεῦσαι ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ. Καὶ τοῖς παιδίοις μῆλα καὶ ἀπίους πριάμενος, εἰςενέγκας δοῦναι ὁρῶντος αὐτοῦ καὶ φιλήσας δὲ εἰπεῖν, „Χρηστοῦ πατρὸς νεόττια.“ Καὶ συνωνούμενος δὲ κρηπῖδας τὸν πόδα φῆσαι εὐρυθμότερον εἶναι τοῦ ὑποδήματος. καὶ πορευομένου πρός τινα τῶν φίλων προδραμὼν εἰπεῖν, „ὅτι πρὸς σὲ ἔρχεται,“ καὶ ἀναστρέψας, „ὅτι προήγγελκα.“ Ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς ἀπνευστί. Καὶ τῶν ἑστιωμένων πρῶτος ἐπαινέσαι τὸν οἶνον· καὶ παραμένων εἰπεῖν, „ὡς μαλακῶς ἐσθίεις.“ καὶ ἄρας τι τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης φῆσαι, „τουτὶ ἄρα ὡς χρηστόν ἐστι.“ Καὶ ἐρωτῆσαι μὴ ῥιγοῖ, καὶ εἰ ἐπιβαλέσθαι βούλεται, καὶ ἔτι περιστεῖλαι αὐτόν. Καὶ μὴν ταῦτα λέγων πρὸς τὸ οὖς προςπίπτων ψιθυρίζειν· καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων τοῖς ἄλλοις λαλεῖν· καὶ τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκεφάλαια αὐτὸς ὑποστρῶσαι· καὶ τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ πεφυτεῦσθαι, καὶ τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι. Καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸν κόλακά ἐστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα, οἷς χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει.

Hic primum apparet *καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν* non suo loco extare, cum post illa legautur alia quae etiam d i x e r i t adulator; dein ante *καὶ ἐπιγελάσας δὲ εἰπεῖν* intercidisse „*καὶ τὰς πολιὰς αὐτοῦ ἐκλέγειν;*“ tum in verbis *καὶ λέγοντος δὲ αὐτοῦ τι τοὺς ἄλλους σιωπᾶν κελεῦσαι καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἀκούοντος καὶ ἐπισημήνασθαι δὲ, εἰ παύεται*, „*ὀρθῶς*,“ iustum ordinem turbatum esse interpositis *καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἀκούοντος*, quae cum significent dominum ab adulatore laudari, si eum praesentem habeat audientemque, parum conveniuut tum cum iis quae antecedunt, tum cum iis quae sequuutur, quibus adulator dicitur rege verba faciente silentium reliquis indicere, finienti autem orationem acclamare „euge“ „recte;“ hinc patet *καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἀκούοντος* aut ante *καὶ λέγοντος δέ* aut post *ὀρθῶς* esse collocanda. — Mox incommodo loco legitur *ἀπνευστί*; neque enim adulatio,

quae hic in rebus quibusdam minutis regis sui nomine in foro emendis versatur, eo augetur, quod in eo negotio exsequendo spatium sibi ad respirandum non concedit; namque ne a servo quidem in illo ministerio celeritatem potius quam diligentiam postules. Multo certe aptius fuerit *ἀπνευστὶ*, si superiore versu ante *ἀναστρέψας* extet. „Regi aliquem amicorum visuro praecurrit, ut illius adventum nuntiet, reditque continuo, se praenuntiasse referens." Ceterum ne omisso ante *γυναικείας ἀγορᾶς* articulo offendas, cavebunt Sintenisius (in Plutarch. Pericl. p. 118.) et Schoemannus (in Plutarch. Agid. p. 139.) *). — Tum pro *π α ρ α μ έ ν ω ν*, quod libri plerique habent, neque est ex cod. Baroc. *παρακείμενος* neque de Fr. Gronovii coniectura *παρακειμένῳ*, sed *π α ρ α κ ε ι μ έ ν ω ν* scribendum, quod in marg. Heins. et in codice quodam extat, eo ducit etiam illud *παραμένων*, quippe quod ex compendio scripturae sit ortum; explicandum est autem „dum accumbitur." Statim de Casauboni coniectura rescribendum est: *ὡς μαλακῶς ἑ σ τ ι ᾶ ς;* fallitur enim Astius, qui *οὐ μ α λ α κ ῶ ς* omnium librorum dicit esse; immo *ὡς* in libris bene multis est. — Cum autem Graeci vinum bibere post cibos
7 demum captos lavatasque manus lavatione ea, quae *ἀπονίψασθαι* dicebatur, coeperint, quam in rem satis habeo afferre unum Platonis locum (Symp. p. 176. *κατακλινέντος τοῦ Σωκράτους καὶ δειπνήσαντος καὶ τῶν ἄλλων σπονδάς τε σφᾶς ποιήσασθαι καὶ ᾄσαντας τὸν θεὸν καὶ τἄλλα τὰ νομιζόμενα τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον*), apparet minus recte, ut verba nunc collocata sunt, adulatorem statim in convivii initio laudare vinum; immo probabile est ab illo statim accumbente primum vasa aurea argenteaque, quae collocata sint in mensa, tolli laudarique, tum inter cibos capiendos horum praedicari praestantiam, vini autem laudibus finiri.

Iam vero omnia hoc videntur ordine esse collocanda:

Τὸν δὲ κόλακα τοιοῦτόν τινα ὥςτε πορευόμενον ἅμα εἰπεῖν, „Ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσιν εἴς σε οἱ ἄνθρωποι; τοῦτο οὐδενὶ τῶν ἐν τῇ πόλει γίνεται πλὴν ἢ σοί." „Ηὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ στοᾷ·" πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα καθημένων καὶ ἐμπεσόντος λόγου τίς εἴη βέλτιστος ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους

*) [Meinek. scribendum putat *τὰκ τῆς γυναικείας*.].

πάντας ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ [αὖθις; id addimus de nostra coniectura] κατενεχθῆναι." Καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἀκούοντος. καὶ λέγοντος δὲ αὐτοῦ τοὺς ἄλλους σιωπᾶν κελεῦσαι, καὶ ἐπισημήνασθαι δὲ, εἰ παύεται, „ὀρθῶς·" καὶ σκώψαντι ψυχρῶς ἐπιγελάσαι τό τε ἱμάτιον ὦσαι εἰς τὸ στόμα, ὡς δὴ οὐ δυνάμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα. καὶ συνωνούμενος δὲ κρηπῖδας τὸν πόδα φῆσαι εἶναι εὐρυθμότερον τοῦ ὑποδήματος. καὶ παρακειμένων ἄρας τι τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης φῆσαι, „τουτὶ ἄρα ὡς χρηστόν ἐστι," καὶ εἰπεῖν „ὡς μαλακῶς ἐστιᾶς," καὶ τῶν ἑστιωμένων πρῶτος ἐπαινέσαι τὸν οἶνον. καὶ τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι καὶ τὸν ἀγρὸν εὖ πεφυτεῦσθαι καὶ τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι, καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν. καὶ ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα, καὶ ἐάν τι πρὸς τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς ἀπὸ πνεύματος προςενεχθῇ ἄχυρον, καρφολογῆσαι. [καὶ τὰς πολιὰς αὐτοῦ ἐκλέγειν] καὶ ἐπιγελάσας δὲ εἰπεῖν; „Ὁρᾷς ὅτι δυοῖν σοι ἡμερῶν οὐκ ἐντετύχηκα, πολιῶν ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεστόν, καίπερ εἴ τις καὶ ἄλλος ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα." καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐπιστῆναι κελεῦσαι ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ. καὶ πορευομένου πρός τινα τῶν φίλων προδραμὼν εἰπεῖν, ὅτι „Πρός σε ἔρχεται," καὶ ἀπνευστὶ ἀναστρέψας ὅτι „προςήγγελκα." καὶ τοῖς παιδίοις μῆλα καὶ ἀπίους πριάμενος εἰςενέγκας δοῦναι ὁρῶντος αὐτοῦ καὶ φιλήσας δὲ εἰπεῖν „χρηστοῦ πατρὸς νεόττια." Ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατός, καὶ τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προςκεφάλαια αὐτὸν ὑποστρῶσαι. καὶ ἐρωτῆσαι μὴ ῥιγοῖ καὶ εἰ ἐπιβαλέσθαι βούλεται καὶ ἔτι ταῦτα λέγων περιστεῖλαι αὐτόν. καὶ μὴν πρὸς τὸ οὖς προςκύπτων ψιθυρίζειν καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων τοῖς ἄλλοις λαλεῖν.

III.

In garrulitatis descriptione (c. III) pro *καὶ ὅτι ἀγρὸς εἰς νέωτα γεωργήσει* esse *καὶ ὅτι ἄγροικος εἰς ν. γ.* rescribendum iam in prima commentatione Theophrastea docuimus; in eadem iam ab aliis perspectum est semel certe turbatum esse ordinem male positis verbis *κἂν ὑπομένῃ τις αὐτὸν μὴ ἀφίστασθαι* inter orationes garruli, quae debebant post illas demum poni. Neque vero credibile est illi inciso statim post verba *καὶ*

ὡς Βοηδρομιῶνος μέν ἐστι τὰ μυστήρια — Ποσειδεῶνος δὴ τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια locum fuisse, immo quaedam intercidisse videntur, quibus illud annecteretur ad ea quae antecedunt. — Novissima παρασείσαντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους ἀνθρώπων καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι, ὅςτις ἀπύρετος βούλεται εἶναι, propter coniunctionem ἀπαλλάττεσθαι verbi cum accusativo in corruptelae suspicionem merito vocata alii aliis modis sanare conati sunt, quorum cum nullus modus ab probabilitate commendetur, nobis intercidisse videtur τὸν ἐμπεσόντα εἰς post χρή: si qui in eiusmodi homines inciderit, eum, modo febri carere velit, dimissis manibus oportet et grandi gradu abire.

8 In rusticitatis sive ἀγροικίας notatione (c. IV.) haec in fine extant καὶ εἰς ἄστυ καταβαίνων ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαντῶντα, πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι καὶ τὸ τάριχος, καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει, καὶ εἰπεῖν εὐθὺς ὅτι βούλεται καταβὰς ἀποκείρασθαι· καὶ τῆς ὁδοῦ παριὼν κομίσασθαι παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους. In illis iam Schneiderus intellexit novissima illa καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ — ταρίχους statim post ἀποκείρασθαι esse collocanda; sed quod interposita καὶ ἐν βαλανείῳ δὲ ᾆσαι καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα δὲ ἥλους ἐγκροῦσαι post τοὺς ταρίχους poni iussit, neutiquam probamus, immo illa potius in superiorem locum ableganda videntur in hunc fere modum καὶ μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα δὲ ἥλους ἐγκροῦσαι καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν καὶ ἐν βαλανείῳ δὲ ᾆσαι. Erit etiam εὐθὺς transponendum καὶ εἰπεῖν, ὅτι εὐθὺς βούλεται καταβὰς ἀποκείρασθαι καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παριὼν κομίσασθαι παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους. Verba καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει sana non esse apparet: sanitati quo modo reddantur non apparuit hucusque; adeo probabilitate carent, quaecumque eam in rem sunt proposita.

Sed quaedam hanc in notationem temere illata videntur, quae ab ea abhorrent. Consideremus primum verba καὶ τὸ ἀργύριον παρά του λαβὼν ἀποδοκιμάζειν λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι, quae interpretantur „pecuniam ab aliquo acceptam ut nimis tenuem reiicit simulque cum aliis nummis permutat." Apparebant illa iam olim duobus nominibus de mendo suspecta, quod tum τὸ ante ἀργύριον aut omittendum aut in τι mutandum, tum in verbis λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι desi-

derari videbatur *λέγων*. Nos vero ne sic quidem locum plane emendatum arbitramur; unde enim intellegatur, qualem ille pecuniam ut nimis tenuem reiecerit; certe aliquanto aptius fuerit; *καὶ ἀργύριον παρά του λαβὼν λίαν μὲν λυπηρὸν εἶναι ἀποδοκιμάζειν καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλ.* „est etiam valde molestus in reiiciendis permutandisque nummis, sicubi ipsi pecunia fuerit numerata;" *λυπηρὸν* autem in libris quibusdam extat. Verum ista nota, quidquid de verbis statuatur, non in rusticum cadit, sed in superbum potius aut in suspicacem. Idem valet in notam eam, quae sequitur, *καὶ ὃ ἄροτρον ἔχρησεν ἢ κόφινον ἢ δρέπανον ἢ θύλακον, ταῦτα τῆς νυκτὸς κατὰ ἀγρυπνίαν ἀναμιμνησκόμενος.* Quod hic cod. Monac. *ζητεῖν* addit post *νυκτός*, inde Fossius *ἐξαιτεῖν* rescripsit, nos *ἀπαιτεῖν* malumus, quia commodata reposcere graece *ἀπαιτεῖν* non *ἐξαιτεῖν* dicitur. Verum aratrum corbem falcem messoriam vel saccum commodata noctu per insomniam eorum recordatum reposcere non rustici est, sed in agricolam potius cadit suspiciosum, diffidentem, vel in *ἄκαιρον* sive ineptum (c. XII.).

Blanditiae sive *ἀρεσκείας* notationem (c. V.) constat suo carere fine, agglutinatum autem habere alius descriptionis exitum, cuius caput interciderit. In illa blandus dicitur, si cui obviam factus sit, eum procul conspectum salutare, propius accedentem ut virum optimum praedicare et summa observantia colere, abiturum utraque manu retinere, discedentem paululum prosequi et ex eo interrogare quando eum revisurus sit et vel inter abeundum laudare: *καὶ μικρὸν προπέμψας καὶ ἐρωτήσας, πότε αὐτὸν ὄψεται, ἔτι ἐπαινῶν ἀπαλλάττεσθαι.* Hic verba *ἔτι ἐπαινῶν* in prima commentatione Theophrastea ab Astii mutationibus defendere conati, nihilominus ipsi quoque *ἔτι* ut importunum abiiciendum arbitramur, quod facile poterat ex sequenti syllaba *ἐπ* nasci.

In eo characterismo, qui adhaesit *ἀρεσκείας* descriptioni, haec extant *Ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινὸς καὶ τίτυρον κτήσασθαι καὶ Σικελικὰς περιστερὰς καὶ δορκαδείους ἀστραγάλους κτλ.* Cum vero *τίτυρος* simiarum quaedam species sit, Hottingerus *πίθηκον* e glossemate profectum rescribondumque esse statuit *ἀμέλει δὲ καὶ τίτυρον θρέψαι δεινὸς καὶ κτήσασθαι Σικελικὰς π.*, Astius autem *ἀμέλει δὲ καὶ τίτυρον θρέψαι δεινὸς*

9 *καὶ Σικελικὰς περιστερὰς καὶ κτήσασθαι δορκαδείους ἀστραγ.* Nobis tamen promptissimum videtur reponere: *ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινὸς τίτυρον καὶ Σικελικὰς περιστερὰς, καὶ κτήσασθαι καὶ δορκαδείους ἀστραγάλους καὶ θυριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους κτλ.* Namque generis nomen nomini speciei non minus praeponitur quam postponitur, neqne minus *ὄφεις παρεῖαι* quam *παρεῖαι ὄφεις* dicitur; cf. Foss. Comment. Theophr. I. p. 31. *ὁ ἰχθὺς ὁ κέφαλος* habet Aelianus H. A. I, 3. *ὁ ἰχθὺς ὁ τρώκτης* ib. I, 5.

Sequitur: *καὶ αὐλίδιον παλαιστρικὸν κόνιν ἔχον καὶ σφαιριστήριον καὶ τοῦτο περιὼν χρᾶν ἀεὶ τοῖς φιλοσόφοις, τοῖς σοφισταῖς, τοῖς ὁπλομάχοις, τοῖς ἁρμονικοῖς ἐπιδείκνυσθαι. καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον εἰπεῖν ἐπὶ τῶν θεωμένων πρὸς ἕτερον, ὅτι τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα.* Hic Astins de coniectura scripsit *παλαιστρικὴν* atque *κόνιν παλ.* significare statuit conisterinm, quorum neutrum probabile; immo *κόνιν* *) videtur compendio tantum scripturae deberi reponendumque ipsum *κονιστήριον*. Omnes autem fugisse videtur *περιὼν* non suo loco legi; nequo enim credibilo est *μικροφιλότιμον* aedes suas philosophis sophistis aliis ad *ἐπιδείξεις* faciendas non solum commodare, sed etiam circumire rogareqne ut illas ab sese commodatas accipiant; hinc malumus *περιὼν* remotum illinc inferius collocare omnemque locum sic refingere *καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον εἰπεῖν περιιὼν τῶν θεωμένων πρὸς ἕκαστον, ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ παλαίστρα*: et ipse inter exhibendas exercitationes circumit et singulis spectantium dicit suam esse palaestram.

Ἀπονοίας sive vecordiae notatio (c. VI.) paucas passa est corruptelas. Initium autem faciamus ab verbis *ὁ δὲ ἀπονενοημένος τοιοῦτός τις οἷος ὀμόσαι ταχὺ κακῶς ἀκοῦσαι καὶ λοιδορηθῆναι δυνάμενος, τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις καὶ ἀνασεσυρμένος καὶ παντοποιός· ἀμέλει δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα καὶ προςωπεῖον μὴ ἔχειν ἐν κωμικῷ χορῷ.* Sic enim pro *προςωπεῖον ἔχων* esse scribendum iam in prima commentatione Theophrastea contendimus. At vero primum tollendum hic videtur *δυνάμενος* **), quippe quo neque opns sit post *οἷος*, neque in ulla reliquarum notationum utatur Theophrastus. Dein

*) [Tuetur Meinek.]. **) [Foss. mutavit in *δυναμένοις*.].

quae illud excipiunt *τῷ ἤθει — παντοποιός* non suo loco videntur legi aptiusque collocari in fine totius descriptionis ante verba *Ἐργώδεις δέ εἰσι* in hunc fere modum *καὶ τὸ ὅλον δέ ἐστι τῷ ἤθει — παντοποιός. Ἐργώδεις δέ εἰσι κτλ.*

Sequitur *καὶ ἐν θαύμασι δὲ τοὺς χαλκοὺς ἐκλέγειν καθ' ἕκαστον παριὼν καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι. Δεινὸς δὲ καὶ πανδοκεῦσαι καὶ πορνοβοσκῆσαι καὶ τελωνῆσαι καὶ μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι, ἀλλὰ κηρύττειν μαγειρεύειν κυβεύειν τὴν μητέρα μὴ τρέφειν ἀπάγεσθαι κλοπῆς τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν ἢ τὴν αὑτοῦ οἰκίαν.* Fallitur hic Astius, quod diversos statuit esse *τοὺς τὸ σύμβολον φέροντας* et *τοὺς προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦντας;* nam Theophrastus id si voluisset, repetere debebat *τοῖς* ante *προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι;* articulus semel positus satis est documento eosdem esse, et qui tesseram ferant et qui gratis spectare velint; tessera igitur erat gratis spectantium, nisi cum Coraio scribis *τοῖς τὸ σύμβολον οὐ φέρουσι.* — Quod sequitur *τελωνῆσαι*, non id significat, ut nonnullis visum est, vectigalia redimere (nam eorum redemptio numquam Graecis visa est minus honesta), sed potius exigere vectigalia; exactores autem vectigalium sane apud Graecos et Romanos infamia quadam flagrabant. — Ante *τὴν μητέρα μὴ τρέφειν* intercidisse videtur *Δυνατὸς* (vel *Δεινὸς*) *δὲ καὶ* alioquin etiam illud et *ἀπάγεσθαι κλοπῆς κτλ.* viderentur *ἐργασιῶν* in numero esse. Quod vero *κηρύττειν* eum in numerum refertur, non est illud de cuiusvis generis praeconio intellegendum; nam, ut his utamur, praecones sacrorum, praecones senatus populique vel honestissimo loco habebantur; sed pertinet tantummodo ad eos, qui vocem in quaestum conferebant, veluti qui in foro res venales vendebant, qui auctionibus adhibe- 10 bantur, qui mancipia quae aufugissent vel res amissas praedicabant praemiumque reducturo mancipia vel reddituro rem amissam domini nomine promittebant.

Ἱκανὸς δὲ καὶ δίκας τὰς μὲν φεύγειν, τὰς δὲ διώκειν, τὰς δὲ ἐξόμνυσθαι, ταῖς δὲ παρεῖναι, ἔχων ἐχῖνον —, οὐκ ἀποδοκιμάζων δὲ οὐδὲ ἅμα πολλῶν ἀγοραίων στρατηγεῖν καὶ εὐθὺς τούτοις δανείζειν. Cum *φεύγειν* et *διώκειν* sibi opposita sint, sane probabile est idem valere etiam in *ἐξόμνυσθαι* et *παρεῖναι* recteque rescripsisse Casaubonum *τὰς μὲν ἐξόμνυσθαι;* sic hoc

in eam partem erit accipiendum, ut iusiurandum significet differendi vadimonii causa interpositum, id quod plerumque ὑπόμνυσθαι dicitur (cf. de lit. Attic. p. 697.); nam alias ἐξόμνυσθαι significat exceptione fori uti (cf. ib. p. 648.). — Tum videtur pro οὐκ ἀποδοκιμάζων δὲ scribendum καὶ οὐκ ἀποδοκμάζειν δέ.

Quae inter ἢ τὴν αὐτοῦ οἰκίαν et Ἱκανὸς δὲ καί extant καὶ τοῦτο (τούτων Astius cum Needhamo) δ' ἂν εἶναι δόξειε τῶν περιισταμένων τοὺς ὄχλους καὶ προςκαλούντων — οὐκ ἄλλως θεωρεῖσθαι ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ ἢ ὅταν ᾖ πανήγυρις commodius collocentur ante καὶ ἐν θαύμασι δὲ.

XIII.

DE CRANTORE SOLENSI COMMENTATIO *).

Magnam bonae litterae iacturam fecerunt deperdito libro, 1
quem Crantor Solensis ad Hippoclem scripsit liberorum morte
vehementer maerentem, etsi Graecis etiam alii non deerant, qui
eorum, quae ad luctum minuendum faciunt, unum alterumque
locum vel tractarent de industria vel quasi praetereuntes expli-
carent [1]). Taceo elegias, quas cum alii poetae tum Archilochus 2
Parius [2]) et Antimachus Colophonius [3]) litteris exararunt, quorum ille cum sororis frater una cum aliis egregiis civibus naufragio perisset et versaretur eam ob rem summo in luctu civitas, aliquot elegos Pericli cuidam inscripsit, Antimachus autem mortua Lyde sive uxore sive amica, quam mirifice dilexerat, „Lyden“ carmen semet consolaturus condidit, quo consecuta est illa, ut nominis fama esset posteritati nota. Praetereo „Lamentationes,“ quibus Stesichorus, Simonides, Pindarus et alii poetae, qui „lyrici“ a Graecis vocantur, illustrium hominum aut familiarium funera luxerunt [4]). Omitto quae sophistae et rhetores eo de argumento

*) [Scripta ad indicenda iusta funebria, quae ab univ. Frid. piis manibus Friderici Guilelmi III. Prussiarum regis a. d. XIX. m. Iul. a. 1840. facta sunt.]. 1) Persecutus est eam rem accuratius Dan. Wyttenbachius (animadverss. in Plut. Consol. ad Apollon. ad p. 101. F. ed. Lips. T. II. p. 24 sqq.), cui pleraque debentur, quae hic a nobis narrantur. [Edita est Lugd. Bat. 1840. „diatribe in locum philosophiae moralis qui est de consolatione apud Graecos“ ab Andr. Corn. van Heusde.]. 2) Cf. Archiloch. Reliq. ed. Liebel. p. 155 sqq. 3) Antimach. Reliq. ed. Schellenberg. p. 11 sqq. p. 80 sqq. 4) In *Θρήνοις* componendis, qui modo in ipsa elatione modo in *τρίτοις* vel etiam *ἐνάτοις* et *τριακάσι* ad tibiam canebantur, Simonidem constat et Pindarum maxime insignes fuisse, illius in commovenda miseratione, huius in magnificentia consolationis praecipuam fuisse virtutem: cf. Boeckh. Pindar. T. II, 2. p. 619 sq. Schneidewin. Simonid. p. 62 sqq. Bode hist. poes. lyric. Graecor. T. II. p. 73. 143 sq. 249 sq. 5) Cf. Welcker. Mus. Rhenan. 1833. T. I. p. 608 sqq.

composuerunt, quae Prodicus Ceus [5]) rem paene facete exaggerans Athenis in Calliae domo declamitasse fertur neque in commentariis tantum relicta sed etiam in publicum edita esse arbitror, „Mortis Laudationem," quam Alcidamas Elaites Gorgiae discipulus scripsit, quae etiam ipsa „Enumeratione Malorum" constabat [6]),
3 „Artem luctus fugiendi" ab Antiphonte editam, quam, etsi ea res in coniectura versatur, magis tamen inclino ut ad Rhamnusium potius rhetorem referam, quam ad somniorum interpretem cognominem [7]), atque id genus alia; nam rhetorica inventio ut praecepit quaenam incommoda in uniuscuiusque morte deploranda [8]), ita narravit etiam, quem in modum essent consolanda. Verum posteaquam philosophia ea, quam „moralem" iam Cicero latinam linguam augens appellavit, illud sibi munus tamquam proprium vindicavit, quod in animo perturbationibus liberando, et in tolerando dolore vel lenienda aegritudine versatur, ut in singulares scholas singularum rerum consolationes dispertiretur earumque singulas singulis libris explicaret [9]), nulla fere erat philosophorum familia, quae hunc locum de consolando luctu ex morte propinquorum vel amicorum suscepto plane omitteret. Sic ex Socraticis Xenophon, cum Gryllus filius eius natu maior in
4 proelio ad Mantineam commisso fortissime dimicans cecidisset, ad Sotiram epistolam sui consolandi caussa scripsit [10]). Ex Peripateticis Theophrastus cum Callisthenis familiaris sui interitum deploraret, librum demissius et humilius scriptum edidit, qui erat „Callisthenes sive de luctu," in quo libro quod sententiam posuit

6) Cic. Tusc. I, 48. Neque vero Alcidamantem voluisse credo, ut illud mortis encomium in serium acciperetur, immo repetenda videtur haec quoque laudatio ex illo sophistarum instituto, quo diversissimas res, artis ostentandae caussa, nunc laudabant nunc vituperabant, ut Polycrates murium, calculorum, testarum, Clytaemnestrae, Agamemnonis, Busiridis laudationes scripsit (cf. Commentat. Andocid. III, p. 13.). 7) Philostrat. Vit. Sophist. I, 15, 1. *νηπενθεῖς ἀκροάσεις ἐπήγγειλεν ὡς οὐδὲν οὕτω δεινὸν ἐρούντων ἄχος ὃ μὴ ἐξελεῖν τῆς γνώμης.* Pseudo-Plutarch. Vit. Antiph. p. 833, C. (312. Hutt.) *ἔτι ὢν πρὸς τῇ ποιήσει τέχνην ἀλυπίας συνεστήσατο, ὥςπερ τοῖς νοσοῦσιν ἡ παρὰ τῶν ἰατρῶν θεραπεία ὑπάρχει, ἐν Κορίνθῳ τε κατεσκευασμένος οἴκημά τι παρὰ τὴν ἀγορὰν προέγραψεν ὅτι δύναται τοὺς λυπουμένους διὰ λόγων θεραπεύειν, καὶ πυνθανόμενος τὰς αἰτίας παρεμυθεῖτο τοὺς κάμνοντας.* 8) Cic. de invent. I, 55. 9) Cic. Tusc. III, 33. 10) Stob. Florileg. 121,37. 124, 42.

hanc „Vitam fortuna regi non sapientia," ab omnibus philosophis vehementer reprehensus est [11]); neque eam provinciam aut is, a quo haec proseminata est philosophorum familia, in eo libro, quem „Eudemum sive de anima" inscripsit *), aut Dicaearchus neglexerit vel in libris „Corinthiacis," quos de animo, vel in „Lesbiacis," quos contra immortalitatem animi ternos utrosqne dialogica forma ea, quam Aristoteles introduxerat atque Cicero quoque in aliquot philosophis libris secutus est, vel in magno et copioso libro quem de hominum interitu scripsit [12]). Ex Cyrenaicis autem Hegesias de vitae humanae miseria disseruit luculente et copiose [13]). Atque quaenam essent et consolantis officia et consolandi genera, etiam alii Cyrenaici, ex Stoicis autem 5
Cleanthes, Chrysippus, Posidonius, ex Academicis vero Carneades, denique ipse Epicurus docuit [14]).

Eos autem omnes Crantor Solensis longe multumque superavit. Qui cum poesis laude floruisset, hac abiecta et carminibus suis signatis reconditisque in Minervae fano, ut uni sapientiae studio vacaret, Athenas migravit neque umquam hinc in patriam revertit [15]). Hic primum Xenocratem audivit, qui post Speusippi mortem ab anno Ol. CX, 2. ad annum Ol. CXVI, 3. Academiae veteri praeerat, dein eo mortuo Polemonem, condiscipulum olim suum, qui Xenocrati in Academia successerat, quamquam non pauci erant, qui scholam ab Crantore ipso institui et eius in disciplinam tradere se vellent, quibus tantum aberat ut

---

11) Cic. Tusc. III, 10. V, 3. „Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους ά" ap. Diog. Laert. V, 44. [De ea sententia cf. Lennep. in Phalarid. ep. 58. Wyttenbach. in Plut. Vol. VI, p. 665.]. *) [De Aristotelis Eudemo vid. Iac. Bernays. in Mus. philol. 1860. vol. XVI, pag. 236—246. H.] 12) Librum „de interitu hominum" Fr. Osannus noster non diversum putat ab Corinthiacis esse (Beiträg. z. griech. u. römisch. Litter. Gesch. II. p. 40. 57 sqq.), quod nec mihi persuasit, neque Bernhardyo persuasisse videtur (A. L. Z. 1840. Mai. p. 75 sq.). [Bake. schol. hypomn. II, p. 22.]. 13) De Hegesia πεισιθανάτῳ et libro eo, quem ἀποκαρτεροῦντα inscripsit, in vulgus nota sunt quae Cicer. Tusc. I, 34., Valer. Max. VIII, 9., Diog. Laert. II, 86. 93 sqq. narrant. [De Hegesia πεισιθανάτῳ scripsit I. I. Rambachius Quedlinburgi 1771.]. 14) De Posidonio cf. Senec. epist. XCV, §. 65., de Carneade Cic. Tusc. III, 25. init., de Cleanthe ibid. III, 32., de reliquis ibid. III, 31. [de Chrysippo Baguet. in libro singulari de Chrys. p. 305.]. 15) Cf. Cic. Tusc. V, 37. §. 107.

morigeraretur, ut suum ipsius discipulum sibique imprimis carum Arcesilaum ad eiusdem doctoris institutionem deduceret; adeo mutua concordia tres illi viri et inter se et cum Cratete vixerunt, Polemonis auditore et mox successore. Crantor igitur cum constanti, ut videtur, aetate perfungeretur fato, commentaria reliquit, quorum nonnulla alii ad Arcesilaum referebant, quem aliis placebat a scribendo prorsus abstinuisse [16]). Commentatio-
6 num autem bona pars in Platonis scriptis placitisque interpretandis constiterit; erat enim ille primus divini philosophi explanator [17]); ex hac Platonica enarrationo repetitum videtur, quod de anima Crantor statuisse narratur [18]). Neque innovavit Crantor multa, sed diligenter tuebatur, quae a Platone acceperat [19]). Quodsi eum nihilominus Cicero [20]) non magnopere ab Aristotele dissensisse dicit, id sic explicandum est, quod media et nova Academia ab Aristotele etiam magis dissentiebant quam Crantor.

Sed summa in laude eius de luctu libellus erat [21]), non ille quidem magnus, at, ut Panaetio et Ciceroni, id est praestantissimis iudicibus, visum est, aureolus et ad verbum ediscendus [22]), quem perisse minus graviter ferremus, modo aetatem tulisset liber is, quem Cicero a. U. DCCVIII. in medio maerore conscripsit, cum vehementissimo dolore laboraret ex Tulliae filiae suae, uxoris Dolabellae, morte suscepto; eum ipse alio loco „consolationis librum" alio „librum qui esset de luctu minuendo" dixit; eo enim in libro Crantorem omnium maxime secutus est,
7 non quidem ut interpres, quippe qui tum aliorum quoque scripta, quae erant in eam sententiam, eo transtulerit, tum quaedam Romana exempla de suo addiderit, sed uti alias quoque solebat, sic ut hunc unum potissimum ob oculos haberet, ab hoc suum iudicium et in dispositione et aliis in rebus dirigi pateretur, de hoc pleraque delibaret [23]); id ipse Cicero Plinio teste [24]) in ipsa

---

16) Cf. Wyttenbach. in Plutarch. consolat. 110, A. 17) Procl. in Tim. p. 24. 18) Plut. de an. procr. 1. 2. 16. 20. 29. 19) Cic. Acad. I, 10. 20) Cic. de orat. III, 18. — Ceterum cf. de Crantore praeter Diog. Laert. IV, 24 sq. imprimis Bayle in Lexico s. v. [Fr. Kayseri dissert. inaug. de Crantore Academico, Heidelberg. 1841.). 21) Diog. Laert. IV. 27. *θαυμάζεται δὲ αὐτοῦ μάλιστα βιβλίον τὸ περὶ πένθους.* 22) Verba sunt Ciceronis Academic. IV, 44, 135. 23) De Ciceronis consolatione (nam de ea consolatione quae a Carolo Sigonio scripta et in

consolatione ingenue et solita simplicitate professus est idemque Hieronymus [25]) testatur. Nunc cum ne huius quidem Ciceroniani libri superet quidquam praeter unum locum, quem ex consolatione in Tusculanas disputationes Cicero transtulit et sex septemve locos, quos Lactantio debemus, duo fere sola supersunt, quibus damnum illud resarciri aliquo modo possit, Tusculanas dico brevi post Consolationem ab Cicerone editas, et consolationem ab Plutarcho ad Apollonium scriptam. Nam Tusculanae quoque in consolatorio argumento versantur, quarum primus liber mortem non in malis habendam, secundus dolorem contemnendum et fortitudine patientiaque opprimendum, tertius aegritudinem non cadere in sapientem et quae sint aegritudinis remedia, quartus reliquas 8
perturbationes cum sapientia consistere non posse et quibus modis sedari tollique debeant docet; in his autem tradendis Crantoris librum satis constat non neglectum esse ab Cicerone. Plutarchi vero ad Apollonium missam consolationem (nam quam idem ad uxorem post mortem filiolae scripsit, adeo in breve contracta est, ut de Crantoris libro quaerentibus nobis nullo in numero sit) in qua Plutarchum omnino alienum esse, de suo pauca addidisse et mutasse constat, illam autem, etsi tribus tantum quattuorve locis Crantorem diserte nominat, atque quaedam continet, quae non ex Crantoris libro, sed ex Platonis ipsius aliorumve scriptis derivasse videtur Plutarchus, non pauca tamen fidem faciunt, ut ex Crantoreo potissimum libro depromptam arbitremur. Nam primum utraque ad patrem scripta est immatura liberorum, probatissimorum adolescentum, morte graviter com-

---

Ciceronis nomen supposita est, hic non agitur) elegantem nuper commentationem edidit Fried. Schneider „de consolatione Ciceronis dissertatio. Vratisl. 1835. 8.“ [Idem de Crantore dixit Zeitschr. für A. W. 1836. p. 839. Crantoris librum Ciceroni ad manum fuisse iam antea demonstraverat A. Matthiae in prolusione a. 1803., quae repetita est in eius Verm. Schriften p. 44.].
24) Plin. N. H. praefat. libri I, §. 22. „Scito enim conferentem auctores me deprehendisse a iuratissimis et proxumis veteres transscriptos ad verbum neque nominatos, non illa Vergiliana virtute, ut certarent, non Ciceroniana simplicitate, qui de Republica Platonis se comitem profitetur, in Consolatione filiae, „Crantorem,“ inquit, „sequor,“ item Panaetium de Officiis, quae volumina ediscenda, non modo in manibus quotidie habenda nosti.“
25) „Legimus Crantorem, cuius volumen ad concoquendum dolorem suum secutus est Cicero.“

motum; dein Plutarchea consolatio fere nihil continet, sive res, quae memorentur, sive scriptorum sententias respicis, quae testimonii caussa afferuntur, quod necessario oporteat Crantoreo libro posterius esse; poetarum autem versus, qui Plutarcheae orationi tam largiter admisti sunt, nt delectus iudicium desiderari nonnumquam possit, ex Crantoris libro ut magnam partem traductos credamus, quae etiam Wyttenbachii [26]) suspicio est, illnd
9 suadet, quod Crantorem neque ipsum ab poesi abhoruisse et Homerum Euripidemque potissimum in deliciis habuisse constat, Academici autem etiam alii poematis adiungendis ornamentum orationi suae parabant; sed Crantor sine dubio longe maiorem elegantiae curam habuit atque manu potius quam sacco (ut Corinnae [27]) proverbio utar) sparsit; denique quaedam insnnt in Plutarchea consolatione, quae, si cum Ciceronis Tusculanis et Lactantio componantur, dubitari nequit quin Crantoris si minus verba, certe sententiam contineant. Etsi igitur non Wyttenbachium imitandum putamus, qui ex diversitate rationis et orationis, ex antiquitatis quodam colore, ex verborum, dictionum compositionisqne natura, quae res semper incertissimi sunt iudicii, ipsa Crantoris verba, etiam ubi nomen eius non commemoretur, distingui et ab reliqno Plutarchi libro separari posse arbitratur [28]), licet tamen imaginem Crantorei libri dicendo adumbrare, id quod et operae pretium est facere et nos oblata scribendi opportunitate sic facturi sumus, ut non ea tantum commemoremus, quae constat, sed ea quoque quae probabile modo est eo in libro locum habuisse et ne ea quidem omittamus, quae eruditae antiquitatis consensum intuenti consentaneum videtur scribere eum vel debuisse vel potuisse; verba ipsa praestare raro possumus, satis est sen-
10 tentias et sententiarum ordinem ac cohaerentiam perspexisse. Sed iam et mea et vestra opportunitas, cives, quibus potissimum haec scribimus, monet, ut non eruditionis quantulaecnnque remigibus utentes moram inferamus, sed passis orationis velis ad rem ipsam volemus.

---

26) Cf. Wyttenb. in p. 104, B. 27) Plut. de glor. Athen. 14. *ἐκείνῃ τῇ χειρὶ δεῖν ἔφη σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ.* 28) Wyttenb. in p. 102, C. 106, D.

Crantor igitur sic orsus sit, ut nullum omnino ex malis concipere dolorem, illud nihil dolere, quod in sapientem cadere et Stoici et alia quidem ratione etiam Epicurei voluerunt, non sine magna mercede immanitatis in animo, stuporis in corpore contingere dixerit [29]); neque enim homines, quod dicitur, quercu aut silice esse natos [30]). Esse autem, ut Peripatetici statuant, dolori quoque suam utilitatem, neque incommode apud poetam quendam (eum dico, quem Afranius expressit) de dissoluto filio patrem dicere, „Dummodo doleat aliquid, doleat quidlubet.“ Sed capto acerbissimo dolore ne mutare quidem vultum, in illius vehementissimo morsu ne ingemiscere quidem, inhumanum, ferreum, non virile esse. Id Crantor exemplis illustraverit, 11
quorum ei largam copiam heroica aetas suppeditavit, Herculis in Oeta vehementer vociferantis, Philoctetae in cruciatu doloris etiam magis exclamantis. Doloris igitur significationem, ut dolorem ipsum, ab naturali initio proficisci. „Natura [31]) adfert dolorem, cui quidem Crantor, inquiunt, vester cedendum putat; premit enim atque instat nec resisti potest.“ In eo autem sapientem differre ab insipienti, quod pro malis ille non habeat nisi quae sint mala, hic doleat etiam, quae non sint dolenda; atque eo fortem distare ab ignavo, quod dolorem ille neque suscipiat graviorem quam natura cogat, et ferat humane placideque, ignavus vero etiam augeat captetque sponte et lamentabili voce deploret; quod dolori ille stimulos paullatim evellat, animum meditatione corroborans, hic faces etiam adhibeat, donec animus

---

29) Cic. Tusc. III, 6. „Non enim silice nati sumus; sed est natura in animis tenerum quiddam atque molle, quod aegritudine quasi tempestate quatiatur. Nec absurde Crantor ille, qui in nostra Academia vel in primis fuit nobilis, „Minime,“ inquit, „assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magno opere laudant, quae nec potest ulla esse nec debet. Ne aegrotus sim; si sim, qui fuerat sensus adsit, sive secetur quid, sive avellatur a corpore Nam istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.“ Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 102, C. (318 Hutt.) *μὴ γὰρ νοσοῖμεν, φησὶν ὁ Ἀκαδημιακὸς Κράντωρ, νοσήσασι δὲ παρείη τις αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῷτο· τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ· τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκὸς ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν.* 30) Homer. Od. τ', 163. *οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης.* 31) Cic. Tusc. III, 29. §. 71.

plane frangatur. Idem in eam calamitatem cadere, quae quaudam quasi praerogativam doloris et luctus habeat, in fuuus domesticum vel familiare. Nam ue parentum quidem aut liberorum funere moveri, pecudis stuporem esse, nou virilem constantiam; neque minorem esse immanitatem, si qui quas maeroris significationes non lex introduxerit, sed ipsa natura docuerit, procul ab se arceat, neque suorum fuuera alio vultu quam suos ipsos intueatur. Hoc loco haud scio an eos commemoraverit refelleritque, qui viris omnino negarunt lugendum, omnemque luctum
12 mulieribus relinquendum esse statuerunt [32]), quo spectasse etiam is putabatur, qui Lyciis leges scripsit, cum eos in luctu iuberet muliebri veste indutos esse [33]); neque magis scio, num quorundam Graecorum instituta, quae eam in partem accipi poterant, docuerit in quamnam partem essent accipienda; certe si explicaverit, non absonum fecerit neque quod a re esset alienum. Nam quod apud Ceos [34]) viris nou concessum erat, ut propter fuuus familiare aut vestem mutarent aut comam barbamque alerent, aut crines lugubri rasura in cute tonderent, sed pulla vestis et crines ad luctum compositi matribus tautum fuuera filiorum lugentibus relinquebantur; quod Massilienses [35]) lamentationem et planctum ab luctu abesse volebant: non illi putaudi sunt noluisse omnino mortem doleri propinquorum, sed modum iusserunt significationi doloris et maerori adhiberi; neque aliorsum spectavit Locrorum [36])
13 interdictum, quos cave credas vetuisse ne omnino deflerentur mortui, sustulisse etiam eas lacrimas, quas naturalis quaedam necessitas exprimeret vel uolenti, immo ea omnia ad lessum

32) Cic. Tusc. III, 28, §. 70. 33) Plut. consolat. 112, F. (p. 343. II.) Valer. Max. II, 6. extern. 13 34) Heraclid. Pontic. fr. πολιτ. IX. *ἐν ταύτῃ δὲ τῇ νήσῳ τοῖς τελευτῶσιν οὐδέν ἐστι πένθος ἐν ἀνδράσι περὶ ἐσθῆτα ἢ κουράν, μητρὶ δὲ νέου τελευτήσαντος ἐνιαυτός.* Cohaerere id institutum cum publico Ceorum veneno, quo consumere se Cei permittebant iis, qui causam civibus probassent, cur excedendum sibi vita putarent, atque indidem Protagorae Cei quaedam placita repetenda videri, Boeckhius in elegantissima censura docuit, quam Itineris a Bröndstedio editi in annalib. Berolin. 1827. T. I. p. 16. edidit; cf. etiam Welcker l. c. p. 614 sq. 35) Valer. Max. II, 6, 7. sine lamentatione sine planctu luctus funeris die domestico sacrificio adiectoque necessariorum convivio finitur. 36) Heraclid. Pont. fr. XXIX. *Παρ' αὐτοῖς ὀδύρεσθαι οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῖς τελευτήσασιν, ἀλλ' ἐπειδὰν ἐκκομίσωσιν, εὐωχοῦνται.*

lugubrem et eiulatum Carinis adhibitis publice instituendum pertinuerunt. Ea neque illi ferenda putarunt et Lycurgus removisse censendus est, a quo Plutarchus alio loco [37]) luctum intra undecim dies circumscriptum esse scribit, alio loco [38]) luctum et lacrimas sublatas esse significat; Plutarchus secum pugnaret, nisi hoc loco unum eiulatum et lessum respexisset. Etenim cum heroica Graecorum aetas in luctu propinquorum esset quandam orientalium populorum feritatem secuta, neque mulieres tantum sed etiam fortissimi heroes, ut ipse Achilles [39]), crinibus passis, laceratis genis, abscissis et maculatis vestibus, planctu et eiulatu in exsequiis propinquorum luctum prae se tulissent, mores paullatim ita sunt ad humanitatem et mansuetudinem traducti, ut nimiae illae luctus significationes apud Graecos aut plane tollerentur aut mulieribus relinquerentur. Apud Athenienses per Epimenidem [40]) demum, qui Solonis rogatu Athenas venisse videtur, factum est ut immanis illa ac barbara consuetudo, quam
in luctu mulieres pleraeque servaverant, mitigaretur aliquantum 14
et relaxaretur; nam Solonem, quod suis quoque legibus eiulatum lugubrem sustulit [41]) vetuitque ne mulieres genas unguibus scinderent, confirmasse tantum arbitramur legibus, quod Epimenides religionibus et caerimoniis consecrasset. Quod si reputamus Epimenidem Creticarum fuisse religionum interpretem et antistitem, neque Lycurgum, cum Spartanam rem publicam legibus tempe-

---

37) Plut. Lycurg. 27. *Χρόνον πένθους ὀλίγον προςώρισεν ἡμέρας ἕνδεκα, τῇ δὲ δωδεκάτῃ θύσαντας ἔδει Δήμητρι λύειν τὸ πένθος.*
38) Plut. Instit. Laconic. 252. *ἀνεῖλε καὶ τὰ πένθη καὶ τοὺς ὀδυρμούς.*
39) Homer. Il. σ', 25.
40) Plut. Solon. 12. *καὶ γὰρ εὐσταλεῖς ἐποίησε (Ἐπιμενίδης) τὰς ἱερουργίας, καὶ περὶ τὰ πένθη πρᾳοτέρους, θυσίας τινὰς εὐθὺς ἀναμίξας πρὸς τὰ κήδη, καὶ τὸ σκληρὸν ἀφελὼν καὶ τὸ βαρβαρικὸν, ᾧ συνείχοντο πρότερον αἱ πλεῖσται γυναῖκες.*
41) Plut. Sol. 21. *ἐπέστησε (Σόλων) δὲ — καὶ τοῖς πένθεσι — νόμον ἀπείργοντα τὸ ἄτακτον καὶ ἀκόλαστον —, ἀμυχὰς δὲ κοπτομένων, καὶ τὸ θρηνεῖν πεποιημένα, καὶ τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφεῖλεν.* Cic. de leg. II, 23. Iam cetera in XII minuendi sumptus sunt lamentationisque funeris, translata de Solonis fere legibus. — Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento. Hoc veteres interpretes, Sex. Aelius, L. Acilius non satis se intellegere dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris: L. Aelius, lessum, quasi lugubrem eiulationem, ut vox ipsa significat: quod eo magis iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat.

raret ornaretque, multa novasse sed revocasse tantum videri oblitteratas Doricae gentis consuetudines, non dissimile veri putabimus horridiores illos asperioresque ritus, qui ad Hebraeorum, Aegyptiorum, Syrorum, Lydorum rationem proxime accederent, apud Graecos Achaicae et Ionicae, temperatiores autem et humanitate conditos mores Hellenicae, id est Doricae originis fuisse. Sed redeo in viam et ad Crantoris librum.

Luctui igitur aliquid concedendum, neque recenti ipsi remedium adhibendum esse; sed cum dolori quoque finem longinqui-
15 tas afferat (tempori enim ab Jove datum putabatur [42]), ut dolores
concoqueret et luctuum medicamina solum haberet) neque ullus dolor sit quem non minuat molliatque dies, non tollat vetustas, cumque habeat etiam luctus suum praefinitum et prae-
16 scriptum tempus [43]), sapientis non esse, maeroris exspectare

42) *χρόνος — ἐκ Διὸς ἄλγεα πέσσειν Ἔλλαχε καὶ πενθέων φάρμακα μοῦνος ἔχει.* 43) Quod de tempore, Massiliae luctus ipso funeris (Valer. Max. II, 6, 7.), Spartae undecimo ab funere (Plut. Lyc. 27.), apud Athenienses autem et plerosque Graecos tricesimo post elationem die finiebatur, quot dies etiam Hebraei Mosen mortuum lugebant (Mos. V, 34, 8.). Per illud tempus viri veste pulla utebantur nisi quod apud Argivos et nobilitatem Messeniorum candidum, non nigrum pallium luctui proprium erat (cf. Plut. Quaest. Rom. 26. extr. *ἐν δ' Ἄργει λευκὰ φοροῦσιν ἐν τοῖς πένθεσιν, ὡς Σωκράτης φησίν, ὑδατόκλυστα.* Paus. IV, 13, 1.), unde factum est, ut *μέλανα ἱμάτια* dicerentur *ὀρφνινὰ* (Poll. VII, 69.); per illud tonsura lugubri i. e. ea, quae erat *ἐν χρῷ κεκαρμένων* in cute tonsorum, capillos ipsi neque per tonsores (Artemidor. I, 23.) neque novacula adhibita (*οὐ ξυρῷ ἀλλ' ὡς ἐν πένθει* Schol. Eur. Phoen. 375.) tondebant (Xenoph. H. Gr. I, 7, 8. *παρεσκεύασαν ἀνθρώπους μέλανα ἱμάτια ἔχοντας καὶ ἐν χρῷ κεκαρμένους.* Isaeus de Nicostr. her. §. 7. *τίς γὰρ οὐκ ἀπεκείρατο, — ἢ τίς οὐ μέλαν ἱμάτιον ἐφόρεσεν, ὡς διὰ πένθος κληρονομήσων;*) per idem etiam mulieres lugubri et vestitu et tonsura utebantur, auro autem omnique ornatu, etiam cerussa abstinebant (Terent. Heaut. II, 3, 45 sqq. Lys. de caed. Eratosth. §. 14. p. 16. Reisk. *ἔδοξε δέ μοι — τὸ πρόσωπον ἐψιμυθιῶσθαι, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνεῶτος οὔπω τριάκονθ' ἡμέρας*); per idem et viri et mulieres non accubabant sed sedebant sive humi sive in sellulis humilioribus vel ore columnato vel manibus circa genua complicatis (Lobeck. Paralip. Gr. Gr. p. 154.); hinc dies luctus *Καθέδραι* appellabantur (*Καθέδραι ἡμέραι πένθους ἐπὶ τετελευτηκόσι* Hesych. s. v.); hinc Herodot. I, 45. *Κροῖσος ἐπὶ δύο ἔτεα ἐν πένθεϊ μεγάλῳ καθῆστο τοῦ παιδὸς ἐστερημένος;* intra id tempus quater propinqui conveniebant una coenaturi, quae quattuor coenae, quod in

lassitudinem, finem doloris tempori, non consilio et sapientiae debere. Quum primum igitur tantum de dolore remissum sit, ut rationi et consolationi aures pateant, admonendum esse eum qui lugeat, ut intellegat quid lugere et quousque lugere et quem in modum lugere conveniat. Hoc loco reprehenderit Crantor eos, qui mortuum ita lugeant, ut eos ipsius mortui misereat, quasi vero is et vitae commodis ereptus sit et mortis miseriis prematur. Primum enim vitae ea esse incommoda, ut mortem medicum potius malorum ultimum habere debeamus, et lugendum si quid sit, vita videatur lugenda, non mors. Hic exposuerit eorum placita, qui humanas res deflendas hominesque scelerum luendorum caussa nasci, denique vitam poenae loco esse statuebant[44]), hic docuerit[45]) vitam laboriosam et aerumnosam esse 17

---

iis non accubabant sed sedebant, etiam ipsae *Καθέδραι* dicebantur. (**Lex. rhet.** 268, 19. *τῇ τριακοστῇ γὰρ ἡμέρᾳ τοῦ ἀποθανόντος οἱ προσήκοντες ἅπαντες καὶ ἀναγκαῖοι συνελθόντες κοινῇ ἐδείπνουν ἐπὶ τῷ ἀποθανόντι, καὶ τοῦτο καθέδρα ἐκαλεῖτο. ἦσαν δὲ καθέδραι τέσσαρες.* **Phot.** v. *καθέδρα. τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τοῦ τελευτήσαντος οἱ προσήκοντες συνελθόντες ἐδείπνουν ἐπὶ τῷ τελευτήσαντι κοινῇ, ἐκαλεῖτο δὲ καθέδρα, ὅτι καθεζόμενοι ἐδείπνουν καὶ τὰ νομιζόμενα ἐπλήρουν.* **Harpocr.** v. *τριακάς. τοῖς τετελευτηκόσιν ἤγετο ἡ τριακοστὴ ἡμέρα διὰ* [**Schoemann.** *ἀπὸ τοῦ*] *θανάτου καὶ ἐλέγετο τριακάς*). Ex his quattuor conviviis quartum tricesimo post elationem die institutum esse ex Lex. rhet. apparet; primum ipso elationis die habitum esse Photius docet; igitur non fuerit diversum a deniciali coena ea quae *περίδειπνον* appellabatur; duas reliquas probabili coniectura auguror cum *τρίτοις* et *ἐνάτοις* coniunctas fuisse; certe apud **Pollucem** VIII, 14. coniunguntur *ἐκφοραί, τρίτα, ἔνατα, τριακάδες*; cf. **Schoemann.** in Isaeum p. 217. Atque haec hactenus de luctus et tempore et signis apud Graecos; apud **Plutarchum** consol. ad uxor. c. 4. p. 609, C. (Tom. X. p. 392 Hutt.) legitur *κουρὰς δὲ συγχωρεῖν* (*ταῖς γυναιξὶ*) *πενθίμους καὶ βαφὰς ἐσθῆτος μελαίνης καὶ καθίσεις ἀμόρφους καὶ κατακλίσεις ἐπιπόνους*; hae *κατακλίσεις* quorsum spectent nescio; tria enim reliqua satis enarravimus. 44) **Plut.** consol. ad Apollon. p. 115, A. (p. 351. Hutt.) *πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν (ὥς φησι Κράντωρ) οὐ νῦν ἀλλὰ πάλαι κέκλαυσται τἀνθρώπινα τιμωρίαν ἡγουμένοις εἶναι τὸν βίον, καὶ ἀρχὴν τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον συμφορὰν τὴν μεγίστην.* **Lactant.** Inst. III, 18, 18. Quid Ciceroni faciemus? qui quum in principio Consolationis suae dixisset, luendorum scelerum caussa nasci homines: iteravit id ipsum postea, quasi obiurgans eum, qui vitam poenam non esse putet. 45) **Plut.** l. c. p. 104, C. (p. 322. H.) *τούτοις δὲ ἑπομένως καὶ ὁ Κράντωρ παραμυθούμενος ἐπὶ τῇ τῶν τέκνων τελευτῇ τὸν*

atque malorum plenam, hic poetarum et aliorum scriptorum sententias attulerit, qui mortalibus omnibus mala certe duplo plura volebant esse quam bona. Quamquam in enumeratione miseriarum vitae Crantorem probabile est aliquanto moderatius et cautius versatum esse quam Protagoram et Hegesiam, atque ipsum Ciceronem[46]), qui se ipsum in Consolatione satis lamentatum esse dicit. Eam autem sententiam, non nasci longe optimum esse, proximum autem esse quam celerrime mori Crantor quoque Aristotelem secutus Sileno attribuerit, qui a Mida rege captus illam pro sua missione Midae regi muneris caussa dixisset[47]). Ne eos quidem, si qui sint, qui nullum a fortuna vulnus accepisse videantur, morte putandos esse a vitae bonis decessisse atque fortunas amisisse, cum neminem eorum, qui pro beatis habeantur, explo-
18 ratum sit beatum semper fore, immo res humanae adeo nihil certi habeant, ut etiam ii morte extremam calamitatem effugisse possint videri.

Vitam igitur sic ille docuerit esse in malis potius quam in bonis ponendam. Mortem vero non malum sed etiam bonum esse

---

Ἱπποκλέα φησί· Ταῦτα γὰρ πᾶσα ἡ ἀρχαία αὕτη φιλοσοφία λέγει τε καὶ παρακελεύεται, ὧν εἰ δή τι ἄλλο μὴ ἀποδεχόμεθα, τό γε πολλαχῇ εἶναι ἐργώδη καὶ δύσκολον τὸν βίον ἄγαν ἀληθές. καὶ γὰρ εἰ μὴ φύσει τοιοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ὑπό γε ἡμῶν εἰς τοῦτο ἀφῖκται διαφθορᾶς.
46) Cic. Tusc. I, 31. Satis tu quidem in Consolatione es lamentatus, quam cum lego, nihil malo quam has res relinquere. Ibid 34. Quid ego nunc lugeam vitam hominum? — Fecimus hoc in eo libro, in quo nosmet ipsos quantum potuimus consolati sumus. Augustin. C. D. XIX, 4. Quis enim sufficit quantovis eloquentiae flumine vitae huius miserias explicare? Quam lamentatus est Cicero in Consolatione de morte filiae sicut potuit. 47) Cic. Tuscul. I, 48, 114. Adfertur etiam de Sileno fabella quaedam: qui cum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori. Lactant. III, 19, 14. Non nasci longe optimum, nec in hos scopulos incidere vitae, proximum autem, si natus sis, quam primum mori et tamquam ex incendio effugere violentiam fortunae. Plut. l. c. p. 351 sq. *τοῦτο δέ φησιν Ἀριστοτέλης καὶ τὸν Σειληνὸν συλληφθέντα τῷ Μίδᾳ ἀποφήνασθαι. Βέλτιον δ' αὐτὰς τὰς τοῦ φιλοσόφου λέξεις παραθέσθαι. φησὶ δὲ ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ ἢ περὶ ψυχῆς ταυτί· κ. τ. λ.* Nam verba ipsa Aristotelis adscribere eo minus attinet, quo minus constat Crantor ipse utrum verba quoque Aristotelis apposuerit, an eorum sententiam summatim perscripserit.

partim deorum immortalium iudicio, partim subtilius argumentis philosophantium et rationis conclusionibus effecerit. A diis enim tum dilectissimos quosque ipsisque gratissimos in ipso primo flore aetatis positos vitae eripi, tum Cleobidi et Bitoni, Trophonio et Agamedi, cum essent rogati precationibus ut summum iis tribuerent praemium, quod tribui hominibus a diis posset, mortem narrari datam esse. Hic ne ipsius quidem Pindari memoriam neglexerit Crantor, quem, cum deum sive Delphicum sive Ammonem per legatos de eo consuluisset, quid esset hominibus optimum, brevi post mortem obisse ferebant[48]. Verum ea exempla, quamquam mihi tralatitia videntur atque ex consolationum altera in alteram transisse (extant certe tum apud ementitum Aeschinem[49], tum apud Ciceronem[50], tum apud Plutarchum[51]), excepto uno Pindarico quod Plutarchus solus habet), concedo tamen dubitari posse, num Crantoris in libro commemorata sint; id autem
quod Terinaeo cuidam Elysio accidisse dicebatur, Ciceronis[52] 19
disertum testimonium cum Plutarchi verbis componendum perspicue docet allatum ibi fuisse; Elysius enim cum magnarum opum virtutumque laude floreret atque Euthyni unici filii repentinum obitum graviter ferret, atroci autem suspicione illum ab uno eorum interemptum veneno crederet, ad quos hereditas perventura erat, eam ob rem in psychomantium quoddam venit mortis caussas sciscitaturus; hic ille id tulit responsi, Euthynum fatorum numine leto potitum esse, sic enim et illi et parentibus fuisse utile. Tantum de deorum iudicio.

Quod autem ad philosophantium argumenta, consentaneum est Crantorem aut sic disseruisse: mortuum esse vel sine sensu vel cum sensu; si sine sensu sit, etiam miseriae sensu carere, neque mori aliud esse quam non nasci, atque illud certe in morte boni esse, quod morbis liberet, maerore, denique omnibus malis

---

48) Cf. Boeckh. in Pindar. II, 2, p. 15. 49) Pseudo-Aeschin. Axioch. c. 10. 50) Cic. Tuscul. I, 47. 51) p. 108, F. (p. 355. H.) c. adnot. Wyttenb. 52) Cic. Tuscul. I, 48. „Simile quiddam est in Consolatione Crantoris; ait enim Terinaeum quendam Elysium cet." Hoc Plutarchus pluribus persequitur non nominato quidem Crantore, neque tamen dubitari potest quin huic non quidem verba at ampliorem eam narrationem acceptam referat Plutarchus.

quae in vitam humanam cadant; sin cum sensu sit, certe esse et quadam perpetuitate perfrui; aut cum Socrate[53]) sic esse argumentatum: mortem, sive sit, id quod nonnullis placeat, altior somnus eiusque quasi quaedam maiora initia et mysteria, sive, quod aliis videatur, diuturnior peregrinatio, sive denique ex
20 aliorum sententia discessus e vita is, quo cum corpore etiam animus pereat, malum esse non posse, cum mortuus aut sensu mali careat, aut qui nullus sit, ne miser quidem esse possit, immo eam, ut sopor altissimus quisque suavissimus sit, etiam suavem esse oporteat. Sin autem remaneant post mortem animi, neque mori aliud sit quam commutatio et migratio vitae, eam multo minus esse metuendam, nisi si qui poetarum portentis et inferorum formidinibus moveatur. Si autem illi non remaneant tantum sed etiam perpetuo remaneant sintque immortales, morte fieri etiam beatos. Eo loco Academicum philosophum probabile est de animorum et natura et immortalite breviter quidem et ut magnitudinem parvi voluminis decebat, at sic disputasse ut divini magistri vestigiis insisteret, et descripsisse quam beati essent animi futuri, cum liberati libidinibus et carceribus corporis neque terrenis rebus impediti caelestium locorum spectaculo fruerentur et in sola divinarum rerum contemplatione versarentur.

Ita fere ille effecerit inesse nec vitae ea commoda nec morti ea mala, ut qui decedat e vita, sit pro misero habendus; immo multa suadere, ut eum pro beato praedicandum putemus. Sed ne eum quidem videri lugendum, qui ante tempus mori dicatur[54]); quod enim esse morienti suum et iustum, quod alienum
21 tempus? Id constitui deorum fato, hominis autem esse legibus divinis obsequi, non derogare[55]). Neque illud agi, quam diu sed quam bene vixeris[56]); unum diem bene actum peccanti immortalitati anteponendum[57]). Vitae usuram componendam videri cum pecuniae usura, quae trapezitis detur, quorum nemo indignetur, si credita sibi pecunia etiam repetatur[58]). Hic comme-

53) Cf. Plut. l. c. p. 331 sqq. 337. Hutt. 54) Cic. Tusc. I, 39. Plut. p. 113, E sqq. (340. Hutt.). 55) Plut. p. 111, D. (p. 342. H.). [Sen. dial. VI, 21, 4. epist. 69 extr.] 56) Id. 111, A. (p. 341.). [Sen. epist. 77, 20.] 57) Cic. Tusc. V, 2. 58) Cic. Tusc. I, 39. Plut. p. 116, A. (354. Hutt. cf. D. Wyttenb. in h. l.). [Sen. de rem. fort. II, 1. 5. dial. VI, 10, 2.]

moraverit Crantor ex Aristotele[59]) nasci quasdam bestiolas ad Hypanim fluvium, quae unam diem viverent; ex iis igitur eam, quae hora octava moriatur, provecta, quae occidente sole, decrepita aetate obire; eadem illa bestiolarum brevitate vitae esse hominum etiam longissimam vitam, si cum aeternitate compararetur Posuit hic sine dubio et nobilissimos versus, quibus in Euripidis Hypsipyla Amphiaraus Eurydicen consolatur, de Archemori, filii sui, infantis pueri, morte maerentem[60]); fortasse etiam memoriam virtute praestantissimorum heroum Amphiarai, Patrocli, Archilochi, Sarpedonis, Memnonis, ipsius Achillis, quorum nemo provectus aetate egerit animam[61]); laudavit etiam Troili fortunam, qui formosissimus cum esset puer, impubes iugulatus sit ab 22
Achille[62]). Hic autem locus, qui est de immaturo interitu, ut neque neglectus ab Cicerone, et amplius enarratus est a Plutarcho, ita ab Crantore omitti eo minus poterat, quod ille eo libro patrem consolari volebat filiorum adolescentum obitu vehementer commotum.

Eo autem errore sublato qui vehementissimo dolore soleat amicos mortui cruciare, ut eos ipsius mortui misereat, ut huius incommodis angantur, sed eo errore detracto relinqui, ut qui morte luctum suscipiat, semet lugeat, sive calamitatem eam quam ipse illius morte acceperit, id est, dolorem qui ad domesticam dolentis utilitatem respiciat[63]). Atque hic luctus tantum sane abesse ut frustra suscipiatur sitque tamquam supervacaneus et inutilis omittendus, ut Solo recte respondisse videatur, cum filii mortem non mediocriter maereret, et aliquis amicorum ex eo quaereret, quid eo luctu proficeret, „At", inquit, „eam ipsam ob caussam lugeo, quod nihil proficio." Sed quid nihil eo proficі dicant, quod prosit ei qui lugeat, prosit ei qui lugeatur? Etenim ut qui passus iniuriam sit, levatum se aegritudine sentiat, ut primum liceat ipsi illatam sibi iniuriam conqueri apud amicos, ita dolentibus et maerentibus nobis gemitus natura datos

59) Arist. H. A. V, 19. Cic. Tusc. I, 39. Plut. p. 111, C. (342. H.). 60) Cic. Tusc. III, 25. Plut. 110, F. (341. Hutt.). 61) Plut. p. 111, A. (p. 341. Hutt.). Dio Chrysost. or. XXIX. p. 297, C. 62) Cic. Tusc. I, 39. Plut. p. 113, E. (p. 347. sqq. Hutt.). Heyne excurs. XVII. in Virgil. I, 474. 63) Cic. Tusc. I, 46. Plut. p. 111, E.

esse levamento doloris et solatio malorum, atque esse quoddam
23 dulce etiam lacrimarum[64]). Neque vero parum prodesse luctum ei, qui lugeatur, vel certe memoriae eius; cum enim luctus sit „aegritudo ex acerbo interitu eius, qui carus fuerit, susceptus“[65]), eo illud certe probari eum quem maereas carum tibi aliquando fuisse et desiderio nunc esse. Eam ob caussam perfunctis vita gentes aliae quidem alia fieri volebant, quaedam tamen partim ante elationem partim in funere partim proximis post funus diebus, partim quotannis, statis temporibus pleraeque omnes procuranda et peragenda putabant, quae quia ad debitum pietatis officium pertinere putabantur, Romanis „iusta“ sive „iusta funebria“, quod moribus maiorum essent consecrata, *νόμιμα* et *νομιζόμενα* Graecis dicebantur. Hinc Homerus[66]) non uno loco luctum praemium mortuorum (*γέρας θανόντων*) appellat; hinc Solo[67]) illud in votis habet

Mors mea ne careat lacrumis, linquamus amicis
Maerorem, ut celebrent funera cum gemitu.

Id si mollius est, aliquanto etiam humanius est quam superbum illud Ennii

Nemo me lacrumis decoret nec funera fletu
Faxit, cur? volito vivu' per ora virum,

24 quod ne ei quidem concedendum videtur, qui de se praedicare potest

A Sole exoriente supra Maeoti paludes
Nemo est qui factis me aequiparare queat,

nedum ei, qui tantum

Vostrum panxit maxuma facta patrum.

Sed hoc praeteriens dixerim; redeo ad rem, quae agitur. Crantor enim duas potissimum affert rationes, quae unamquamque fortunae calamitatem et illum quoque luctum ex morte susceptum

64) Euripid. Troad. v. 604. Id Oenom. fr. 5. Stob. Florileg. 122, 14. [Plin. epist. VIII, 16 extr.] 65) Cic. Tuscul. IV, 8. 66) Il. ψ', 9. π', 674. Od. δ', 197. τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσιν, κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν. 67) Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς. Cf. Bach. Sol. Athen. p. 31.

levent non mediocriter, unam „quod non tua culpa“[68]), alteram „quod non tibi soli acciderit.“ Haec enim consolatio, quae in commemorandis exemplis eorum versatur, qui idem siut simileve aut etiam maius passi, non ad malevolorum animos consolandos et oblectandos instituitur, sed ut intellegas illi quidem, qnem hominem natum sciveris, nihil nisi humani aliquid evenisse, nihil nisi quod restet omnibus et nemini non sit futurum, tibi vero nihil accidisse, quod non humanae conditionis lex postulet, et nt perspicias abs te quoque ferri et posse et debere, quod multi iam ante te moderate tranquilleque tulerint. Hoc spectavit Antimachus, cum in elegia ea, cui „Lyden“ inscripsit, nt suum dolorem ob Lydes mortem susceptum leniret, ex heroica aetate exempla aerumnarum colligeret, qnae quidem fabulis ferebantnr[69]). Hoc Socrates[70]), cnm mortales diceret, si in nnum acervum sua quisque contulisset mala, futurum esse ut plerique mallent contenti sua sorte redire domum, qnam virilem malorum partem inde reportare. Crantor igitur non pauca exempla collegerit eorum, qui orbitates liberorum fortiter tulerint; laudaverit Anaxagorae constantiam, qui filii aut filiorum morte audita eam vocem emisit: Nihil mihi inexpectatum, sciebam enim eum nt ex me genitum esse mortalem; protulerit Demosthenis oratoris fortitudinem, qui septimo die post filiae mortem coronatus et pallio candido rem divinam fecit, cum de Philippi interitu laetum nuntium accepisset; horum enim exemplorum ntrumque Cicero et Plutarchus commemorant[71]). Illis addiderit quae hic solus habet exempla firmitatis animi ab Pericle et Xenophonte Atheniensibus edita; eorum Pericles cum pestis tempestate intra quatriduum (alii narrant intra octo dies) duos filios adolescentes amisisset Xanthippum et Paralum, quos solos legitimos habuerat, mortem eorum patienter tulit neque minus quam antea coronatus et candida veste indutus verba ad concionem fecit, quod illnstre documentum excelsi et humana despicientis animi contulit non medio-

68) Plutarch. p. 114, C. (p. 349. Hutt.) *τὸ γὰρ μὴ δι' αὐτὸν κακῶς πράττειν ὁ μὲν Κράντωρ φησὶν οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας, ἐγὼ ἂν εἴποιμι φάρμακον ἀλυπίας εἶναι μέγιστον.* Cf. D. Wyttenb. in h. l. 69) Plut. p. 327. 70) Plut. p. 106, B. (327. Hutt.). 71) Cic. Tusc. III, 14, §. 30. 27, §. 60. Plut. p. 118, D.

criter, ut Athenienses ab desperatione ad spem, ab demissione
26 et abiectione ad elationem et magnitudinem animi revocarentur. Xenophon autem Grylli mortem tunc ipsum accepit, cum coronatus rem sacram peregit; illa igitur audita coronam deposuit neque vero minus in re divina perseveravit; ubi vero interroganti, quomodo cecidisset, responsum est fortiter pugnantem cecidisse, coronam rursus capiti imposuit. Dionis Syracusani et Antigoni regis exempla, quae Plutarchus et Aelianus communi ut videtur uterque ex fonte hausta narrant, ab Crantoris libro afuisse arbitror.

Haec fere sunt, sane admodum pauca, quae de argumento Crantorei libri et de ordine, quem secutus ille est, cum aliqua probabilitate videntur dici posse. Quousque et quem in modum dolendum lugendumque putaverit, coniectura auguramur satis incerta. Crantor enim etsi non improbavit lacrimas, quae primo, qui dicitur, dolore exprimerentur etiam nolenti fluerentque vel retinenti, voluit tamen esse luctui quoque suum decorem, suum pudorem, neque viro credidit licere aut exclamare, ut mulieri, aut maerori ita indulgere ut ad animi infractionem delaberetur; immo molliores animi partes aliquando meditatione et ratione contra dolorem corroborari debere. Neque Crantor multum tribuerit ei, quod in luctu quoque opinabile et voluntarium est, neque aliter fit, quam quia creditur fieri ita oportere, ad officii rationem pertinere ut fiat; nam omnem maerorem voluntate et indicio suscipi aliis placuerit philosophis, Crantori non magis
27 placuit quam Hyperidi, qui in nobilissima oratione, qua eos laudavit, qui in Lamiaco bello pro patria occubuerant, luctui non lege, sed uniuscuiusque natura et amicitia, qua amplexus esset eos qui decessissent, terminos constitui. Neque laudaverit ille, si qui, ut solet fieri, in remissione doloris „rursus ad maestitiam se revocent et peccati se insimulent, quod dolere intermiserint“, ut Ciceronis verbis utar. Nam omnem ostentationem et captationem atque titillationem doloris, denique omnem maeroris significationem, quam imitatio doloris, non dolor imperavit, sine dubio procul abesse iussit. Levationem autem aegritudinis non eam Crantor commendaverit, quam Epicurus, quae in avocatione a cogitanda molestia et in revocatione ad comtemplandas voluptates consisteret, sed aliquanto honestiorem, quae cum ipsa illa

molestia cohaereret, et caveret ne aut nimis nos macerantes mortuo ipsi molesti essemus (nam gratissimum ei esse, si qui casum suum moderate leniterque ferrent) aut nosmet ipsos nimis amare videremur, si minus computaremus, quantum habuissemus quam quantum amisissemus, et magis doleremus, quod frui eo non amplius liceret, qui nobis ereptus esset, quam grati laetaremur, quod eo usi vitam vixissemus vitalem. Versatur illud in grato pioque animo, qui amet et ipse in memoriam redire virtutum, quarum suavitate et dulcedine perfrui sibi contigerit, et quantum res patiatur, curet ut eaedem incorruptis monumentis ad posteritatem propagentur. Hoc quantam vim haberet ad leniendum 28
dolorem, probavit Graecorum feralis coena [72]) ipso funeris die ab propinquis iniri solita; in ea enim adeo mos erat ut mortui laudes, si quae essent, ab necessariis praedicarentur, ut de homine nequam proverbii loco diceretur „tu vero ne denicali quidem coena laudere“; probavit Romanorum institutum, apud quos in exsequiis illustrium virorum et feminarum, si filius pubes adesset, is potissimum, sin minus, alius propinquorum, ad quem luctus maxime pertinebat, in foro pro rostris advocata concione de mortui laudibus dicebat; probavit luculentissime Q. Fabius Maximus, qui cum M. filium clarum virum et consularem morte amisisset, dolorem tulit moderatissime et ut patrem bonum et virum prudentem decebat, ad maerorem autem minuendum ipse pro rostris laudationem filii habuit, quam litteris mandatam postea et foras datam Cicero ita probavit, ut prae ea philosophorum consolationes plerasque omnes contemneret [73]). Id autem sola-

72) Id ferale convivium, quod Homero *τάφος* (Il. *ψ'*, 29. *ώ*, 802. Od. *γ'*, 309. ubi cf. Nitzsch.), postea *περίδειπνον* dicebatur, habebat suos quosdam certos et definitos cibos, veluti lenticulas, bembradas, in quibus tamen apparandis coquus apud Hegesippum in Adelphis (Athen. VII, 290, C.) suam artem ita ostendit, ut ab exsequiis redeuntes, simulatque operculum tolleretur ollae, ridentes e lacrimantibus faceret. De paroemio *οὐκ ἐπαινεθείης οὐδ' ἐν περιδείπνῳ* cf. Paroemiogr. s. v. p. 90. 213. 349. ed. Gaisf. 73) Cic. Tusc. III, 28. Cat. mai. c. 4. Plut. Fab. Max. c. 24. extr. *τοῦ δὲ Φαβίου τὸν υἱὸν ἀποθανεῖν συνέβη, καὶ τὴν μὲν συμφορὰν ὡς ἀνήρ τε φρόνιμος καὶ πατὴρ χρηστὸς ἤνεγκε μετριώτατα· τὸ δ' ἐγκώμιον ὃ ταῖς ἐκκομιδαῖς τῶν ἐπιφανῶν οἱ προσήκοντες ἐπιτελοῦσιν, αὐτὸς εἶπε καταστὰς ἐν ἀγορᾷ καὶ γράψας τὸν λόγον*

tium, quod in erepti memoria et retinenda et propaganda conti-
29 netur, cum cadat etiam in filium, quem adolescentulum parentes lugent, sine dubio Crantor quoqne Hippocli suo commendavit, ut etiam leges Graecorum eandem commendarunt.

Eo usque autem non credibile est ab Crantore rem perductam esse, ut pro mortuorum et lugentium personis explicarit, quae in singulas quadrarent consolandi genera, et demonstrarit quae solatia parentibus liberos, quae liberis parentes, quae fratribus, quae amicis amicos, quae civibns principem lugentibus adhibenda romedia essent. Nam ut in eo subsistamus, quod postremo loco commemoratum est nobisque commentandi praebuit opportunitatem, etsi amissi parentis dolor non minor est neque minus iustus in curto pauperis tugurio qnam in regum palatiis, attamen uti dolor alius est patris familiae, alius patris patriae exstincti, ita solatia alia conveniunt illi privatae, alia huic pnblicae calamitati leniendae. Et cum Graeci lugendis regibus peculiarem voluerint esse rationem, certe non absonum quiddam fecisset graecus philosophus, si de consolatione scribens quae huic luctui propria essent solatia separatim perscripsisset. Nam Lacedaemonii saltem, de quibus solis Graecorum constat quem in modum reges suos mortuos prosecuti sint, quorum tamen
30 ratio olim fortasse communis erat Graeciae et ad reges omnes vel certe ad Heraclidarum gente natos patebat, illi igitur in regum luctu idem tenebant institutum, quo pleraeque barbaricarum gentium utebantur. Etenim cum antiquitus Orientis et Graecorum luctns esset omnino simillimus, in reliquorum quidem hominum luctu Dorienses eosque secuti reliqni Graeci paullatim plurima remiserant de horrido et tristi heroicae aetatis ritu, in regum autem luctu antiquam rationem retinebant. Erat igitur apud Lacedaemonios regibus mortuis et sepultura illustrior quam in hominem cadebat, et luctus is, qui probaret reges non ut homines sed ut heroas lugeri[74]). Ut primum enim mortuum esse regem in ipsa urbe mulieres aliquot lebetem pulsantes, per universam autem Laconicam equites nuntiabant, statim bini homines

---

ἐξέδωκεν. ibid. c. 3. διασώζεται γὰρ αὐτοῦ λόγος, ὃν εἶπεν ἐν τῷ δήμῳ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ μεθ' ὑπατείαν ἀποθανόντος ἐγκώμιον.
74) Herodot. VI, 58. Xenoph. Rep. Lac. XV, 8. Hist. Gr. III, 3, 1.

liberi e quavis domo, mas et femina, squalere debebant (secus facientibus graves poenae irrogabantur), ad exequias autem prosequendas ex omni Laconica certus[75]) numerus et perioecorum et helotarum in urbem conveniebant[76]); illi igitur et cum iis Spartani ipsi (quorum, ni fallor, omnes puberes mares et feminae 31
interesse funeri debebant) utrique numero multa milia exsequias regias ibant, et promiscue mares non minus quam feminae frontes plangebant et immensam lamentationem gemitumque faciebant, ultimum quemque regum ut optimum praedicantes. Post funus iustitium quoddam erat per decem dies continuos, per eosdem etiam luctus communis. Qui haec narrat Herodotus[77]), adiicit cum Persis etiam hac in re convenire Spartanis, quod iis in cuiusque regni auspiciis remittantur, quae aerario aut regi debeant. Itaque etiam ea quae de regum funere et luctu narravit, a Persarum more non distare arbitratus est; nobis illud tantum constat, Persarum regibus funus fuisse magnifico apparatu instructum, Mausolea in Persepolitana arce, in eorum autem obitu sacrum, qui vocaretur, ignem exstinctum per omnem Asiam esse, donec exequiae essent peractae; denique per quinque dies iuris legumque intermissionem fuisse, ut sentirent subditi quanti esset habendus et rex et lex[78]). Atque haec quidem hactenus.

---

75) Fortasse ex singulis perioecorum familiis bini illi, qui squalere debebant, ex heloticis autem familiis, quae septenae in quavis Spartani possessione erant, septeni funeris regii caussa Spartam veniebant. 76) Idem ab Corinthiis observatum esse credibile est; scimus certe Megarenses, quo tempore Corinthiorum imperio parerent, quotiens unus Bacchiadarum obisset, mares et feminas ad exequias faciendas Corinthum debuisse venire (Schol. Pind. N. VII, 154. Schol. Aristoph. Ran. 422. *τῶν Βακχιαδῶν εἴ τις τελευτήσει* (an *τελευτήσαι*?), — *διώκουν δὲ οὗτοι* (sic enim pro *αὐτοὶ* scribendum cum Boeckhio) *τὴν πόλιν — ἔδει οὖν Μεγαρέων ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἐλθόντας εἰς Κόρινθον συγκηδεύειν τῶν Βακχιαδῶν.*); Megarensibus autem non aliud hac in re imperaverint Corinthii, quam quod reliquis oppidis subditis et *περιοικίσι*. 77) *Συμφέρονται δὲ ἄλλο τόδε τοῖσι Πέρσῃσι κτλ.* 78) Brisson. de regno Persar. I, 245 sqq. Ibid. 42 sq.

XIV.

DE THEOPOMPO CHIO COMMENTATIO *).

1 Isocratis „domus cum cunctae Graeciae quasi ludus patuerit
atque officina dicendi“ (Cic. Brut. 8.) eique auditorum non tantum
numerus fuerit maximus [1]), sed etiam in omni studiorum genere
praestantissimi discipuli (Quintil. III, 1, 14.) et inter hos vel
reges et tyranni, duces et philosophi numerentur, eius schola si
2 minus oratorum [2]), certe historicorum dedit principes. Sed ex his

---

*) [Praemissa Ind. scholar. aestiv. a 1831.]. 1) Cf. Isocrat. do Antid. §. 5. 30 sq. 39. 41. 93. al. Fere centum ei fuisse auditores auctor est Pseudo-Plut. XII. p. 237., a quorum singulis cum millenas drachmas honorarii nomine exigeret (Demosth. adv. Lacrit. 937, 24. 938, 17. Plut. Demosth. c. 5. Pseudo-Plut. p. 238. 242. al.) et praeterea a Timotheo, Nicocle, aliis praemia maxima accepisse dicatur (cf. id. p. 239, extr. de Antid. §. 40.), mirum non est opes eum sibi maiores comparasse, quam eorum quisquam, qui vel philosophiam vel dicendi artem profiterentur, ut ipse una cum filio ter trierarchia fungeretur, inter MCC ditissimos Atheniensium relatus. (Dionys. de Isocr. iud. p. 537. Isocr. de antid. §. 145.; fallitur vero Pseudo-Plutarchus p. 240; neque enim videtur trierarchiam propter infirmitatem corporis per filium bis detrectasse sed bis administrasse; veriora habet id. p. 244, unde erroris patet origo.) 2) Quamquam vel hoc dicit Quint. I. O. XII, 10, 22, neque fortasse temere, siquidem Lycurgum Pseudo-Plutarchus p. 250, 260, Aeschinem et Demosthenem nonnulli (cf. ib. p. 240), Isaeum et Hyperidem certe Hermippus inter eius discipulos retulit. Athenienses autem discipuli aliquot ab ipso commemorati sunt Isocrate Antid. §. 93. Eunomus, Lysithides, Callippus, Onetor, Anticles, Philonides, Philomelus et Charmantides. Ex quibus Eunomus fortasse is est, qui cum Aristophane et Lysia ab Conone in Siciliam missus est (Lys. de bon. Arist. p. 624); hoc nomine temere Reiskius ad Demosth. f. l. 379, 16 Schottum secutus Aeschinis oratoris fratrem esse dictum refert, cui duo soli essent fratres Philochares et Aphobetus. Lysithides ex ditissimis erat Atheniensium (Dem. c. Mid. 565, 13) neque Isocrate tantum sed eius etiam filio adoptivo Aphareo et Callippo familiariter utebantur (id. adv. Callipp. 1240. 8.). Quare noli dubitare Callippum hunc ipsum esse Lamptrensem, qui Heracleotarum proxenus cum Apollodoro Pasionis filio de Lyconis hereditate cer-

nobilissimus[3]) fuit Theopompus Chius, de cuius vita et scriptis ante hos quattuor annos Iulius Pflugkius, Gymnasii Gedanensis professor, nunc etiam Euripide edito spectatus, pleraque adeo probabiliter disseruit, ut fragmentorum Theopompi a se edendorum et desiderium magnum faceret et exspectationem non minimam moveret. Qua in commentatione cum quaedam inessent, quae nobis minus placerent, hac prooemii scribendi opportunitate ita utemur, ut eorum pauca aliquot exempla hic notemus. Primum vero non probamus, quod (p. 10.) cum Maussaco, turbulenti iudicii homine, in Harpocrationem subscripsit, id est, in lexicographorum Graecorum, qui aetatem tulerunt, principem, virum imprimis eruditum, errandi fere nescium, quem quod v. *Εὐθίας* Hermippum dicit auctorem esse, ad Anaximenem referendam esse orationem ab Euthia contra Phrynen habitam, Maussacus ita reprehenderat, ut Athenaei auctoritate (XIII. 591. e. 590. d.) interposita non Hermippum sed Diodorum *περιηγητὴν* huius rei auctorem esse, apud Hermippum vero longe aliam rem de Euthia narratam contenderet, eum, cum in Phrynes iudicio caussa cecidisset, dicendi consilium plane abiecisse. Quasi vero quam rem Athenaeus apud Diodorum se legisse testatur, eandem non potuerit etiam Hermippus memoriae mandare, quasi vero Hermippo, quod propter illam rem Athenaeus testimonium denunciat, inde consequatur, propter aliam denunciari non licere. Quid? quod de consilio illo ab Euthia post Phrynes iudicium capto probabile est Hermippum, nisi forte in vita Hyperidis egit, in ipsa vita Anaximenis esse locutum, quam quidem libris iis enarravit, quos de Isocratis discipulis con-

taret, adversus quem Demosthenis scripta est oratio, e qua intelligitur (p. 1243, 22 collat. v. 7.) eum non privatum vixisse sed ad rempublicam accessisse et auctoritate ea fuisse, ut utrumque posset et amicis bene facere et male facere adversariis. Onetor fortasse is est, contra quem Demosthenes orationes duas habuit iudicati (*ἐξούλης*). Philonides sitne Melitensis non magis certum, quam num contra hunc Lysiae scripta fuerit oratio *βιαίων*, de cuius caussae statu non recte iudicavit Hanovius (Exercitt. crit. in Comic. Gr. p. 31 sqq.). Anticles aliquis commemoratur Pseudo-Plutarch. p. 258.

3) *Θ. Χ. ἐπιφανέστατος πάντων Ἰσοκράτους μαθητῶν γενόμενος* Dionys. H. de praec. histor. p. 782.

scripsit? Hos nollemus dixisset Pflugkius librum singularem; primum enim illud opusculum ad minimum tribus libris constitit, quorum secundo breviter de Isaeo exposuit[4]), tertio de Hyperide egit[5]); dein admodum probabilis est Ger. Vossii sententia, hoc opusculum partem censentis fuisse magni operis, quo Hermippus ille Smyrnaeus, Callimachiae disciplinae alumnus, excellentium virorum vitas litteris mandavit. Hoc enim opus, quod *Βίους* inscripsit[6]), quo quidem nomine Diogenes ei Laertius nonnum-
3 quam testimonium denunciat (I, 33. II, 13. V, 2.), ita descriptum arbitramur, ut pars alia *βίους νομοθετῶν* libris ad minimum sex comprehenderit[7]), alia *σοφῶν* sive *τῶν ἑπτὰ σοφῶν* vitas enarraverit[8]), cuius quartus liber Diogeni excitatur (VIII, 88.), alia philosophorum vitas exposuerit, cuius particulae fuerint libri de Pythagora[9]), libri de Aristotele[10]), de Theophrasto[11]), alia oratores et rhetoras explicuerit, veluti Gorgiam[12]), Isocratem[13]), Demosthenem[14]), alia poetas, veluti Hip-

---

4) Harpocr. v. *Ἰσαῖος*. Dionys. H. de Isaeo p. 588. R. 5) Pseudo-Plut. X. Oratt. T. 12 p. 272 H. Athen. VIII, 342 c. 6) [De eo libro exposuerunt Luzac Lect. Attic. p. 148, Lozynski in Hermippi fragm. (Bonn. 1832), C. Preller. in Iahnii Annal. phil. a. 1836. T. XVII. p. 169 sqq.] 7) Ex his petita videntur, quae de Lycurgo et Solone Plutarchus ex Hermippo refert (cf. Heeren. de fontib. vit. par. Plut. p. 22. 28.). Quod si reputamus secundo libro de Triptolemo actum esse (Porphyr. de abstin. IV, 22 p. 378. 39. ed. Iac. de Rhoer. *τῶν τοίνυν Ἀθήνησι νομοθετῶν Τριπτόλεμον παλαιότατον παρειλήφαμεν, περὶ οὗ Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν γράφει ταῦτα· Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι κτλ.*), sexto autem de Charonda (Athen. XIV, 619, b.), colligi inde licet Hermippum non temporum ordinem sed geographicum esse his in libris secutum, ut libro primo de Lacedaemoniorum, secundo de Atheniensium, sexto de Magnae Graeciae et Siciliae legum latoribus disputaret. 8) Athen. II, 58 f. X, 443, a. Procl. ad Hesiod. *ἔργα* 41. Hinc petita sunt, quae ap. Diog. ex Hermippo leguntur, I, 42. 72. 101. [Lex. rhet. 233, 14.] 9) Ioseph. c. Apion. I. 22. *ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Πυθαγόρου βιβλίων*. Diog. VIII, 10. 10) Athen. XIII, 589, c. XV, 696, f. Diog. V, 1. 11) Diog. II, 55. 12) Foss. de Gorg. Leont. p. 2. 13) Athen. XIII, 592 d. 14) Plut. Demosth. 5. 11. 30. Ceterum cum Demosthenes Isaei, hic vero Isocratis esset discipulus, et Isocratis artem Demosthenes putetur clam didicisse, nonnulli vero ipsum Isocratem ab Demosthene esse auditum memoriae mandaverint, poterat Hermippus etiam huius vitam in libris de Isocratis discipulis enarrare. Eadem ducti ratione

ponactem[15]), deniqne alia viros doctrina claros[16]) tractaverit. Quem vero Hermippum diligentiae nomine Dionysius laudat Halicarnassens (p. 588. R.), quem Iosephus (l. c.) *ἄνδρα περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελῆ* dicit, eum in rerum memoria saepenumero minus diligentem tempora et nomina non distinxisse satis cum alia comprobant tum illnstre exemplnm a Bentleio[17]) indicatum est, quod Polycratis[17 b]) sophistae orationem, qua Socratem ab Anyto et eius subscriptoribns reum factum accnsat, revera scriptam Anyto a Polycrate et ab illo in iudicio habitam narrat, qnam constet aliqnot demum post Socratis mortem annis ingenii stilique exercitandi caussa scriptam ab Polycrate esse, involantibus in tam illustro argumentum non minus aequalibus quam posteris, alio accusatorum, alio rei personam fictis exercitationis caussa orationibns in palaestris rhetorum tnente. Sic, ut hoc nno utamur exemplo, eodem consilio scripta erat Lysiae[18]) defensio 4
Socratis, sive *πρὸς Πολυκράτην ὑπὲρ Σωκράτους*. Ab uno autem errore Hermippi memoriam quasi praeterenntes liberemus, putidiore, qnam cuius culpam talis vir etiam somnians possit admittere. Diogenes enim (II, 55.) Aristotelem narrat referre, Grylli ab multis esse Xenophonti patri gratificaturis et *ἐγκώμια* et *ἐπιταφίους* scripta, *ἀλλὰ καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου καὶ Σωκράτη φησὶ Γρύλλον ἐγκώμιον γεγραφέναι*. Itane vero? qui ad Mantineam occubnit a Socrate laudatum triginta octo annis ante publice interfecto? ab Socrate, cuius adeo abhorrebat indoles ab omni landationnm genere? Noli dnbitare *καὶ Ἰσοκράτη* scriptum ab Hermippo esse, et I propter praecedens *καὶ* perisse[19]). Nam Isocrates et *ἐγκώμια* complura scripsit, et

coniicimus, quod apud Plut. Demosth. 28 legimus, *Ἕρμιππος δὲ τὸν Ἀρχίαν ἐν τοῖς Λακρίτου τοῦ ῥήτορος μαθητὴν ἀναγράφει*, cum videatur Lacritus Phaselita Isocratis discipulus significari, contra quem Demosthenis scripta est oratio, hoc quoque cxtitisse in libris de Isocratis discipulis.

15) Athen. VII, 327 b. c.

16) Etym. M. v. *Ἀπάμεια* p. 113, 14.

17) Diss. de ep. Socrat. c. VI. p. 58.

17 b) Cf. de hoc Spengel *συναγ. τεχν.* p. 75 sqq.

18) Schol. Aristid. p. 103. (quo de loco cf. O. C. Muller. de Phid. p. 21 sq.) p. 180 Fromm. Schol. in Plat. Apol. p. 330. Bekk. Antiattic. p. 115, 13.

19) Eadem medicina iam a Sylburgio et Tayloro adhibita erat Dionysio Art. Rhet. VI. p. 259 R., ubi pro *καὶ ὁ τοῦ Σωκρά-*

cum Socrate Socraticisque ita faciebat, ut etiam in republica idem, quod hi, popularis imperii temperamentum commendaret, praelatus, ni fallimur, etiam hoc nomine ab his Lysiae, effrenatae libertatis paene patrono; ab Xenophonte autem sunt[20]) qui vel auditum velint Isocratem. Sed redimus ad Pflugkium, qui cum (p. 10. sqq.) satis probabiliter demonstret Theopompum olympiade centesima esse natum, unde ortus sit Suidae error Theopompi natales in Ol. XCIII. reiicientis non docet, qui nobis inde videtur provenisse, quod solet fere cum Theopompo Ephorus componi, quem scimus vel ex ipso Suida v. Ἔφορος Ol. XCIII. esse natum. Gravius est aliquanto, quod cum satis constet, Mausolo mortuo ab Artemisia eius et sorore et uxore luctu atque desiderio flagrante certamen laudationum dicendarum amplissimis praemiis propositis esse institutum, et ad id decertandum convenisse Theopompum, Theodectem, Naucratem, Isocratem, Theopompum autem eo in certamine vicisse, dubitetur vero Isocrates uter fuerit, Atheniensisne an Apolloniata, maluit (p. 26.) cum Tayloro (spreto Ruhnkenii[21]), cautissimi viri, iudicio) .Appolloniatam dicere. Quod ut persuadeat, primum Pseudo-Plutarchi, Gellii et Porphyrii Atheniensem Isocratem illo certamine victum esse testantium fidem elevare conatur, hisque tribus testibus unum praefert Suidam, duobus locis vv. Θεοδέκτης et Ἰσοκράτης Ἀμύκλα pro Apolloniata pugnantem, quamquam eum ipsum modo in natalibus Theopompi constituendis erroris convicerat, neque Suidas ulla valet sua auctoritate, una commendari potest eorum fide, a quibus sua derivasse videtur. Et Pseudo-Plutarchum quidem „satis dicit constare ceterorum argumentorum ponderi tamquam cumulum adiicere posse, rem eiusmodi, iu qua multa[22])

τους ἑταῖρος Ναυκράτης cum mss. libris aliquot scribendum Ἰσοκράτους; eadem adhibenda fortassse etiam Pseudo-Plutarcho p. 240 extr. καὶ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Σωκράτης (l. Ἰσοκράτης) μητρὸς Ἰσοκράτους ἀδελφῆς Ἀνακοῦς ὤν, minime vero cum „quibusdam“ ap. Tayl. Lect. Lys. p. 232 etiam Aristoteli Rhet. I. 9. med. III. 14 extr. nam Σωκράτης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ est Platon. Menex. 235 b. 20) Phot. Bibl. Cod. 260. p. 1455. Ab Socraticis in alia omnia discessit Aristotelis et eius familiae iudicium de Isocrate, quae res diligentissime expolita est ab Stahrio nostro (Aristotel. I. 63 sqq.)
21) Cum Ruhnkenio facit Clinton quoque Fast. Hell. p. 299 Kr. coll. p. 141.
22) Exaggerat, qui narrationi propter unum, ut mox videbimus, scrupulum

sunt, quae repugnare videantur, sua solius auctoritate confirmare non posse." Nos, qui hunc librum de decem oratoribus non leviter tractavimus, novimus eum multiplici errorum culpae affinem esse neque tamen pauca continere, quae etsi apud neminem alium reperias, qui quidem aetatem tulit, suapte natura veritatem prodant. Jam vero Gellium, inquit, qui eius verba paullo accuratius consideraverit, intelliget, utram in partem aliarum rationum gravitas inclinaverit, eo et ipsum cessurum. Verba Gellii apposui haec: „Ad eas laudes decertandas venisse dicuntur — Theopompus, Theodectes, Naucrates. Sunt etiam qui Isocratem ipsum cum iis certavisse memoriae mandaverint." Ipsius Isocratis nomine non ignobiliorem Apolloniatam, sed nobilissimum dicendi magistrum Atheniensem significari, cuius qui antea nominantur discipuli erant, num re quidem vera potest dubitari? At, inquit, verbis utitur „sunt qui — mandaverint". Sed quid hinc consequitur? dubitasse Gellium uter Isocrates interfuerit, an non apud omnes, qui eo de agone egerint, Isocratis factam mentionem repperisse? Superest tertius testis, Porphyrius[23]), cuius verba „*Καίτοι ὑπερφρονεῖ (ὁ Θεόπομπος) τὸν Ἰσοκράτην καὶ νενικῆσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ λέγει κατὰ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ ἀγῶνα τὸν διδάσκαλον*" cum minime ambigua esse ipse largiatur, ita tamen aggreditur, ut non Theopompi ipsius sed solius Porphyrii velit esse, qui, cum semel deceptus esset nominis errore, quae Theopompus apud Photium gloriabundus de se loquitur, quibus Isocrati Atheniensi, Theodectae Phaselitae et Naucrati Erythraeo principibus dicendi aequalem se praedicat, hisque in arte orandi tum omnes cedere superiores oratores, tum se praestantiorem esse prae se fert, in eam partem acceperit, ut quae Theopompus in universum dixisset de dicendi principatu ea ad victoriam ab Theopompo in certamine illo funebri reportatam referret. Credat Iudaeus Apella. His vero testibus ita, si diis placet, refutatis unum solum profertur argumentum, quo illorum narratio impugnetur, constare enim Atheniensem Isocratem foro publicaque dicendi exercitatione caruisse. Quid vero, num laudatio funebris fori est opus? Num is, cui duas res defuisse volunt, quo minus in vulgus et in foro diceret, confiden-

---

sibi iniectum, multa dicit obstare.   23) ap. Euseb. P. E. X. 3 p. 464, c.

Dionysiorum dicit) tribus libris comprehensam *ἀρξαμένην ἀπὸ τῆς Διονυσίου τοῦ πρεσβυτέρου τυραννίδος εἰς τὴν ἔκπτωσιν τοῦ Διονυσίου τοῦ νεωτέρου καταστρέψαι* quinquaginta annorum spatium recensere narrat, aut minus accurate vult locutum aut errasse. Nos vero hinc colligimus, initia tyrannidis Dionysii prioribus libris esse exposita. Neque Philippica ut ultra Philippi necem esse deducta statuamus, movemur iis, quae ap. Polluc. (V, 42.) de Alexandro Theopompus scripsit, quae ne constet quidem ex Philippicis esse petita, et ut sint, potuerint a Theopompo quasi praetereunte narrari. De Tricarano probavimus quae nuper a Passovio disputata sunt.

XV.

OBSERVATIONES IN AENEAM TACTICUM.*)

1 Incidimus nuper in commentarium de obsidione toleranda, quem post magnum Casaubonum plerique omnes ex librorum veterum fide ad Aeneam auctorem referunt, et huius commentariis de officio imperatorum, a Polybio et Aeliano non sine laudis significatione commemoratis et ab Cinea Thessalo in compendium redactis, infuisse volunt. Sed hunc commentarium ut Medicei libri tum inscriptio (*Αἰλιανοῦ*) tum clausula (*Αἰνείου πολιορκητικὴ ἢ Αἰλιανοῦ καθὼς ἡ ἀρχή*) satis comprobat fuisse qui Aeliano vindicarent, ei, qui Hadriano imperatori inscriptum librum de tactica Graecorum arte edidit; ita ne nos qnidem definimus, sitne hic ipsius Aeneae liber an ex Aeneae commentariis ab Aeliano in hanc formam ornatus, quam in manibus habemus. Certe antiquus *τῶν στρατηγικῶν* auctor, si ro quidem vera non diversus est ab Aenea illo Stymphalio, qui circa Mantinense proelium rebus Arcadum imperator praeerat (Xenoph. H. Gr. VII. 3. 1.), id quod et Casaubonus coniecit et per eam bellicarum rerum peritiam, qua Arcades reliquis Graecis praestabant, non dissimile est veri; vix Arcas illius aetatis scriptor Attica dialecto et ea usus fuerit, qnae non pauca sequioris aetatis vestigia prae se fert, veluti *μηθένα* c. 38. — Verum ea super re suum qnisque iudicium sequatur. Hic autem commentarius mirum in modum depravatus fertur, oratione non solum in fine mutilata (quae enim de classis ordinatione sive *περὶ ναυτικῆς τάξεως* perscripsit, omnino desiderantur), sed hic illic lacunis quoque modo maioribus modo minoribus hiante, quas sine meliorum librorum ope nemo facile ita in se recipiat explendas, ut verborum integritatem praestet, cum nonnumquam ne sententia quidem quantum

*) [Praemissae Indici scholarum aestivarum a. 1835.] (Aliquot Meieri emendationes iam ante occupaveram in Jahni annall. philol. et paed. vol. XIV, 5. pag. 93—97., de aliis pluribus sententiam dixi in censura edita ibid. vol. XVII, 6. pag. 206—212. Secuta postea est Koechlii editio Lipsiae a. 1853 curata et nuper F. C. Hertlein Symbolas criticas in Aeneam Tacticum edidit Werthcimii a. 1859. H.)

fecerit damni divinari coniectura liceat. Altero quoque vitiorum genere, etsi neutiquam est huius commentarii proprium; — quotus enim quisquo vetustatem tulit liber, quin librariorum oscitantiam deprehendas, male nunc coniungentium disiungenda, nuno disiungentium coniungenda, vel semel quae bis, vel bis scribentium quae semel scribenda essent, alia male legentium, alia peius describentium? — sed vel hoc vitiorum genere pauci extant libri adeo qui inquinati sint quam hic Aeneae commentarius. Quorum etsi pars Casauboni, aliquot Io. Casparis et Io. Conradi Orelliorum, unum et alterum Iacobi Gronovii et Koesii acumine sublata sunt, non pauca tamen supersunt, in quibus probabiliter tollendis eo magis optandum est ut docti homines vires suas exerceant, quo dignior est scriptor qui purus emendatusque prodeat, tum per sermonis quandam infucatam simplicitatem, tum per rerum, quas pertractat, gravitatem, quarum haud paucas huic vel soli acceptas referas, vel ex hoc optime 2
cognoscas. Quare nos quoque oblata hac scribendi opportunitate ita usi sumus, ut quae non essent quaesita de industria, sed Aeneam legentibus nobis se sua quasi sponto obtulissent, eorum quae quidem haec charta ferret breviter enarraremus, satis habituri si futuro Aenoae editori nonnihil nostra opera profuisse videremur; nam vorum ubi ipse non videris, poteris nonnumquam facere, alii ut per te videant.

Statim in ipso prooemio post verba *ὑπολείπεται τοῖς περιγινομένοις αὐτῶν οἰκεία τε χώρα καὶ πόλις* in Parisinis libris A. B. et Med. male additum videtur *καὶ πατρίς*; nam etsi *καὶ* particulae praesertim ante *πάντα* et *πάντες* comprehendendi vis inest, qui significatus Germanico „kurz" respondet fere (cf. ad Demosth. p. 128, 23. 649, 1. 666, 10. 301, 2 *παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὰ τιμιώτατα* al), absonum tamon videtur regionem et urbem propriam iterum patriae nomine comprehendere. — Sed cap. I. quo loco de divisione agitur et ordinatione civium, quae imminente obsidione instituenda sit, tum eorum, qui extra muros proficiscantur, tum oorum qui intra urbis moenia remansuri sint, hi verbis significantur: *τὰ δὲ τειχήρη καὶ πολιτοφυλακῆς ὄντα*, quae cum explicatu careant, Casaubonus *πρὸς πολιτοφυλακίαν ὄντα*, Orellius *πολιτοφυλακῆς δέοντα* coniecerunt. Tu *πολιτοφυλακήσοντα* rescripseris. Eadem ratione c. XXXI.

§. 8. videtur peccatum: Ἤδη δέ τις ἐν δέλτῳ ἐγξύλῳ γράψας κηρὸν ἐπέτηξε καὶ ἄλλα εἰς τὸν κηρὸν ἐνέγραψεν· εἶτα ὅταν ἔλθῃ παρ' ὃν δεῖ, ἐκκνίσας τὸν κηρὸν — ἀπέστειλε, nam scribendum est: ὅτ' ἀνῆλθε παρ' ὃν ἔδει, eadem §. 17.; nam cum ars ibi narretur, qua esset Histiaens usns, Aristagorae cum voluisset aliqnid significare, ferri non potest καὶ ἐπέσχεν ἕως ἂν ἔφυσαν αἱ τρίχες, sed scribendum: ἕως ἀνέφυσαν. — Sed redimns ad C. I; in verbis enim ἵνα εἴς τε τὰς ἐξόδους καὶ τὰς κατὰ πόλιν περιοδίας — ὑπάρχωσιν οὗτοι προςτεταγμένοι τε καὶ δυνατοὶ ὄντες ὑπηρετεῖν necessario cum Med. scribendum est προτεταγμένοι „antea praeparati“ „im Voraus gerüstet“, contra C.XXXVI προςφέρηται ἡ κλῖμαξ scribendum pro προφέρηται. Saepe in terminationibns verborum peccatum: sic C. X. §. 3. pro τῶν δὲ ἐκπεμπομένων καὶ εἰςαγομένων ἐπιστολῶν εἶναι ἐπισκόπησιν, παρ' οὓς οἰσθήσεται πρότερον scribendum est οἰσθήσονται. C. II. extr. pro χρὴ τὰ ἐνόντα ὑπεναντία τοῖς προγεγραμμένοις ὑπονοεῖν, ἵνα μὴ ἀπερισκέπτως τι ἕτερον αἱρῆσαι rescribendum est αἱρήσῃ et C. XXVIII. init. ἢ ἂν-μέλλωσιν (erat μέλλουσιν) ibid. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστά τις λανθάνοι (erat λανθάνῃ). C. XV p. 50. οἵους ἂν σὺ βούλῃ. C. XXXI p. 93. ὁπόσῃ ἂν βούλῃ et ὅ, τι ἂν βούλῃ. p. 96. ἅπερ ἂν βούλῃ. p. 113. ἐὰν δὲ-βούλῃ p. 114. ὅταν οὖν βούλῃ scribendum, qnibns locis omnibus legitur βούλει, et p. 99 ὅταν δὲ — συμβαίνῃ pro συμβαίνει restituendum est. — C. X. p. 34. ἄλλας ἐπ' ἄλλας πράξεις extat, sed legendum ἐπ' ἄλλαις (cf. Matth. p. 1167. Plato Legg. 638. extr. μυρία ἐπὶ μυρίοις. Id. III. 676. μυρίαι ἐπὶ μυρίαις). C. XVI. §. 9. οἵ τε τραυματίαι — ἐπί τούτοις ἀπάγοιντ' ἂν εἰς τὴν πόλιν. Hic τούτων (sc. τῶν ἁμαξῶν) scribendum videtur. C. XXIX. Τοξεύματα ἐν κιβωτοῖς ὡς φορταγωγοῖς κατεσκευασμένα legendum κατεσκευασμένοις. C. V. Portarum custodes vult constitui non primos qnosque, sed et sollertes et opulentos quiqne fldei suae pignora in urbe habeant, non vero eos, οἵτινες δι' ἔνδειαν ἢ συναλλαγμάτων ἀνάγκην ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἀπορίαν πεισθεῖεν ὑπό τινων ἢ αὐτοὶ παρακελεύσαιεν ἄν τινας ἐπὶ νεωτερισμῷ. Activum παρακελεύειν fere inauditum, quare malumus παρακελεύσαιντ' ἄν. C. IX. Postquam praecepit, ubi propius ad urbem accesserit hostis, quae sint

facienda, subiungit: *διαγγελθέντων οὖν τούτων εἰς τὸ στρατόπεδον*
τῶν πολεμίων ἢ τὴν πόλιν, δύνανται ἀποτρέψαι ὧν ἐπιχειρῶσι
πράττειν· τούτων δὲ οὕτω πραχθέντων τοῖς μὲν φιλίοις θάρσος
ἐμποιήσειας, — τοῖς δὲ πολεμίοις φόβον ἐμπαρασκευάσεις.
Hic *ὧν ἂν ἐπιχειρῶσι* et *ἐμποιήσεις* scribendum, *δύνανται* autem,
quamquam mallemus scripsisset *δύναιτ' ἄν*, non est movendum;
neque enim aut genetivus ille absolutus pro *διαγγελθέντα οὖν*
ταῦτα aut verbi pluralis numerus plurali pronominis neutrius
generis compositus ab Aeneae more abhorret; sic XI. §. 2. *ἅπερ*
ἔμελλον. XVI. §. 5. *πάντα σώζοιντο* leguntur; sed hic locus in- 3
teger est adscribendus, quod ei alterius quoque rei caussa testi-
monium denuntiare licet: *Διὰ οὖν τὰ πρότερα εἰρημένα λυσι-*
τελεῖ ποτε ἀφεῖναι καὶ ἐᾶσαι τοὺς πολεμίους ὡς πλείστην κατα-
σῦραι τῆς χώρας, ἵνα ἢ λεηλατοῦντες καὶ διαπεπληρωμένοι λαφύ-
ρων ῥᾳδίως σοι τὴν δίκην δώσουσι τά τε ληφθέντα πάντα σώ-
ζοιντο, οἵ τ' ἀδικήσαντες κατ' ἀξίαν λάβοιεν τὰ ἐπιτίμια.
Iam paucis versibus interpositis sequuntur: *ἐὰν δέ σε λάθῃ ἢ*
φθάσῃ τὰ ἐκ τῆς χώρας λεηλατηθέντα, οὐ χρὴ τὴν δίωξιν
αὐτῶν ποιεῖσθαι τὰς αὐτὰς ὁδοὺς καὶ τοὺς αὐτοὺς χώρους, ἀλλὰ
τῇδε μὲν ὀλίγους ἐπιφαίνεσθαι καὶ διώκοντας μὴ ἐπικαταλαμ-
βάνειν ἑκουσίως καὶ ἀνυπόπτως, ἄλλο δὲ πλῆθος — — σπεύ-
δειν κατ' ἄλλας ὁδοὺς ὅτι τάχιστα πορευόμενον καὶ φθάσαντος
ἐν τῇ τῶν ἀγόντων χώρᾳ ἐνεδρεῦσαι. Hic locus tribus muta-
tionibus indiget, nam pro *ἵνα ἤ*, cui nihil respondet, *ἵνα δὴ*
reponendum, quibus cum alii (cf. Hartung. de partic. gr. serm.
I. p. 288.) tum Thucydides est usus VII. 26, uti *ὅπως δὴ* VII.
18, et Aeneas ipse c. 28. extr. p. 87. *ἵνα δὴ φυλάσσησθε* habet;
dein pro *κατ' ἀξίαν λάβοιεν* reponendum est *κατ' ἀ. ἂν λάβοιεν*,
quae particula simul ad *σώζοιντο* referenda est; denique ante
ἀγόντων excidisse videtur *λείαν*, nisi mavis illius loco *λεηλατούν-*
των reponere. Contra neque pro *πρότερα εἰρημένα* cum Casau-
bono *πρότερον* scribendum, cum apud hunc scriptorem saepius
pluralis adiectivorum adverbii vice fungatur, neque in verbis
καὶ διώκοντας μὴ ἐπικατ. ἑκουσ. καὶ ἀνυπ. quicquam ad ora-
tionis integritatem deest, quippe quae id ipsum significent, quod
desideravit Casaubonus „sed ab hac parte pauci tantum appa-
reant, qui persequantur quidem hostem, de industria tamen
atque ita ut fraudis absit suspicio, neminem assequantur", neque

καὶ φθάσαντος — ἐνεδρεῦσαι recte Orellio corrupta videntur; nam φθάσαντος genetivus est absolutus pro φθάσαν positus. Idem in fine eiusdem capitis XVI. §. 12. obtinet; nam pro ταῦτα δὲ οὕτως πράττων ἀπαρασκευαστοτάτοις τοῖς πολεμίοις ἐπιθεῖσθε scribendum est πραττόντων, quod ipsum pro „πράττοντες" est dictum.

Reliqua ordine capitum persequamur. C. I, 3. In verbis τοὺς ῥωμαλεωτάτους ἡλικίᾳ καὶ νεότητι cave ne καὶ νέοτητι pro glossemate habeas; nam et ἡλικίαν satia constat de statura dici (cf. Larcher. ad Herod. III. 116. Aristot. Polit. V, 8, 10. Demosth. p. 1024, 26.); et Plato eadem composuit Cratyl. §. 123. ἔτι γὰρ νέος εἶ καὶ ἡλικίαν ἔχεις. — Ibid. Τὸ δὲ περιὸν· πλῆθος μερίσαντα πρὸς τὸ μῆκος τῶν νυκτῶν καὶ τῶν φυλακῶν, τὸ πλῆθος κατανεῖμαι. Hic Casp. Orellius coniecit: φυλακῶν ὁπλισθὲν καταν.; tu scribe: Τὸ δὲ περιὸν πλῆθος μερίσαντα πρὸς τὸ μῆκος τῶν νυκτῶν καὶ τῶν φυλακῶν τὸ πλῆθος κατανεῖμαι.

C. II, 5. οἱ μὲν γὰρ ἄπειροι ὄντες ᾗ χρὴ σωθῆναι διὰ τὰς φράξεις τῶν ἁμαξῶν, οἱ δὲ ἐμπείρως διώκοντες ταχὺ πολλοὺς ἔφθειραν. Hic Orellius post ἁμαξῶν excidisse arbitratur κατεκόπησαν vel ἀπώλλυντο vel simile quid; sed nihil excidit, neque hoc Pindaro poetisque frequentatum anacoluthi genus, quo μέν cum participio copulatum et δέ cum tempore finitio compositum sibi opponuntur, pedestris sermonis scriptoribus ignotum est; etiam Demosthenes adv. Eubul. p. 1302, 13. habet, μάρτυρα μὲν οὐδένα παρασχόμενος — παρεκελεύετο δέ, ubi cf. Schaefer.

C. III, 4. χρὴ δὲ τὰς ἐγγυτάτας ῥύμας τῆς ἀγορᾶς εἰς τὴν ἀγορὰν ἄγειν τοὺς ῥυμάρχας, τοῦ δὲ θεάτρου τὰς ἐγγυτάτω ῥύμας εἰς τὸ θέατρον, εἴς τε τὰς ἄλλας ἑκάστους ἐγγύτατα εὐρυχωρίας ἀθροίζεσθαι τοὺς ῥυμάρχας. Medic. [Pariss. A. B.] ἕκαστον; fortasse scribendum: εἴς τε τὰς ἄλλας, ἕκαστον ἐς τὰς ἐγγύτατα εὐρ. — In fine vero capitis in verbis εἰς ὃν ἕκαστοι τόπον ἐλθόντες τῶν συλλεγέντων ἐπὶ τὰ τείχη ἀποστελοῦσι καὶ τῶν λοιπῶν ἕνεκα ἐπιμελείας ἡγεμόνες ἔσονται Casaubonus neque recte τινάς post τῶν συλλεγ. desideravit, quod totiens supplendum relinquitur, et minus accurate interpretatus est „etiam ad cetera munia cum cura obeunda duces se praebebunt", si quidem

τῶν λοιπῶν ex ἐπιμελείας pendet, debebat reddi „et ad reliquas quoque res curandas duces se praebebunt.“

C. IV, 1. Offensioni est Ἐρετρείας forma, cum urbs reliquis scriptoribus Ἐρετρία, uni Homero Εἰρετρία dicatur (Il. B.
537.); sed uti hic in aliquot libris, ita apud Dionem quoque
54, 7. extat Ἐρέτρεια. — Mox §. 2. in verbis ἵνα μὴ ἀγνοῶσι 4
πολεμίων αὐτοῖς ἐπιφαινομένων, εἰ φίλιοι ἢ πολέμιοί εἰσιν,
exspectes potius τινῶν αὐτ. ἐπιφ.

C. VI. De hemeroscopis agitur in locis editis ante urbem collocandis, quos singulis stationibus ternos vult esse, eosque rei bellicae peritos, ne vanis tumultibus negotia oppidanis facessant. εἶναι δὲ τοὺς ἡμεροσκόπους καὶ ποδώκεις, οἳ ὅσα μὴ οἷά τε διὰ τῶν σημείων δηλοῦν, ἀλλ' αὐτῶν τιν' ἂν δέῃ ἐξ ἀνάγκης ἀγγέλλειν, δύνωνται ταχὺ ἀφικνεῖσθαι καὶ ὡς ἐκ πλείστου ἀγγέλλωσιν. Verum celeritas pedum facit illa quidem, advenire ut celeriter possis; ex remotissimo spatio ut renuntiare possis, non facit; excidisse igitur dixeris ante ποδώκεις, quo vox acuta et late sonans signficetur, veluti καὶ λιγυφθόγγους (μεγαλοφώνους vel εὐφώνους) vel simile quid; aberraverit enim librarii oculus ab uno ad alterum καί. Eadem fere ratione etiam fini huius capitis medebimur; nam hic ubi praecipitur, σύνθημα δὲ ἔχειν αὐτοὺς (τοὺς ἡμεροσκόπους) ἓν καὶ τὸ αὐτό, ὅπως μήτε ἑκόντες μήτε ἄκοντες, ἐὰν συλληφθῶσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων, εἰπεῖν ἔχωσι τὸ τῶν ἐν τῇ πόλει σύνθημα, Casaubono e ratione subiecta patere videtur mendum verbis inesse, οὐχ interposito ante ἓν tollendum, nisi plura verba desint; Orellii vero locum ita tuentur, quasi vero ἓν καὶ τὸ αὐτό iam per se significet „propriam tesseram, ab urbana diversam“; sed quibus testimonium denuntiant, Bastius et Schaeferus, hi docuerunt quidem ἓν καὶ τὸ αὐτό esse „unum idemque“, „ein und dasselbe“, id vero, cuius caussa excitantur, neque docuerunt neque potuerunt docere; quare scribendum videtur σύνθημα δὲ ἔχειν αὐτοὺς ἓν καὶ τὸ αὐτό, ὁμοίως δὲ τὴν πόλιν (vel τοὺς ἐν τῇ πόλει) ἓν καὶ τὸ αὐτό. Quod desideramus, exciderit per homoeoteleuton*).

---

*) [Simplicius multo, quod Koechly statuit, ante ἔχειν excidisse negationem μή.]

C. VII, 2. ἐπειδὰν δὲ τούτοις σημανθῇ ἀπιέναι οὕτως, τοῖς ἐν τῇ πόλει δειπνοποιεῖσθαι. Hic distinctione quidem alia opus est, ἀπιέναι, οὕτως („tum") τοῖς κτλ, quod vero desideravit Casaubonus δεῖ σημαίνειν δειπνοπ., id facile ex antecedentibus repeti licet. Distinctione etiam aliis locis succurrendum; veluti c. VIII. inter τά τε ἱππάσιμα τῆς χώρας ὡς δεῖ ἄνιππα ποιεῖν et περὶ μὲν οὖν τούτων minore, neque, id quod Orellius fecit, maiore distinguendum est interpunctione. — X. §. 11. leguntur ἐν δὲ ξενικῷ στρατοπέδῳ τοιάδ' ἀναγγείλαντι σιγὴν πάντων ἀκουόντων κηρύξαι, quae sensu cassa sunt, est vero scribendum: τοιάδ', ἀναγγείλαντα σιγήν, πάντων ἀκ. κ., quamquam c. XXVII. scripsit: κηρύξας σιγήν, ὁ κῆρυξ ἀνήγγειλε. (cf. ad c. XXVI.)

C. VIII. Advenienti hosti aditus ut praecludatur, inter alia praecipitur, καὶ τοὺς ποταμοὺς δυσδιαβάτους καὶ πλείους sc. κατασκευάζειν, quorum πλείους Casaubonus interpretatur „efficiendum ut pro amne uno plures transire opus sit hostibus", Orellius in ἀπλεύστους mutatum ivit, satius autem videtur hoc ad fluminis magnitudinem et vehementiam referre, ut Plutarchus (Ages. 32.) ἐῤῥύη πλεῖστος ἑαυτοῦ καὶ μέγιστος τότε ὁ Εὐρώτας, quam dicendi rationem constat esse etiam in homines derivatam; cf. intprr. ad Hor. Serm. I. 7. 28.

C. X, 1. Δεῖ δὲ καὶ τάδε παρηγγέλθαι τῶν πολιτῶν τοῖς κεκτημένοις ζεύγη ἢ ἀνδράποδα ὑπεκτίθεσθαι εἰς τοὺς προσοίκους, ὡς οὐκ εἰσαξόντων εἰς τὴν πόλιν. „Qui civium iumenta vel mancipia possident, his praecipiendum ea ut apud vicinos clam deponant; nam in urbem non iri receptum". Haec ita sunt certa et a Casaubono iam enarrata, ut verba ὡς οὐκ εἰσαξ. potuisse offensioni esse mirere. Quae vero sequuntur, οἷς δ' ἂν μὴ ὑπάρξῃ ξενία, παρ' οὓς θήσονται, πρὸς τοὺς ἄρχοντας δημοσίᾳ παρατίθεσθαι τοῖς προσοίκοις, παρασκευάζοντας δι' ὧν σωθήσεται τὰ ὑπεκτιθέμενα, nullo modo sana videntur; cum enim sententia exspectetur fere haec, „quibus vero cum vicinorum nemine privatim intercedat hospitii ius, eorum mancipia iumentaque ab ipsis magistratibus publice deponi apud vicinos debere", πρός plane importunum est; quod cum neque tollere neque ante τοῖς προσοίκοις collocare liceat, rescri-

bendum videtur *θήσονται*, *προςέρχεσθαι πρὸς τοὺς ἄρχ.*, „quibus hospitium non competat, his magistratus esse adeundos, ut publice deponant“. Aberravit igitur hic quoque oculus ab uno ad alterum *πρός*. — Sequuntur consilia, quibus obsessae urbis securitati prospiciatur, severitate non cedentia iis, quae nuper suspiciosa aetas invenit, veluti quod omnibus, etiam cauponibus, interdicitur, ne peregrinorum quemquam hospitio excipiant insciis magistratibus; *τοὺς δὲ ἄρχοντας ἀπογράφεσθαι καὶ παρ' ᾧτινι ὅτ' ἂν κατάγωνται*, scribendum videtur: *παρ' ᾧ τινι οἵ τινες ἂν κατάγωνται* „apud quosnam et quinam devertantur“. — Ibid. *ταῖς δὲ δημοσίᾳ ἀφικνουμέναις πρεσβείαις ἀπὸ πόλεων ἢ τυράννων ἢ στρατοπέδων οὐ χρὴ ἐν αὐτοῖς τὸν ἐθέλοντα διαλέγεσθαι.* Hic *αὐτός* significat „solus“ et *ἐν αὐτοῖς*, quod in mendi suspicionem vocaverunt interpretes, est „inter se“; interdicitur enim, ne quis sine arbitris sive remotis arbitris cum legatis exteris colloquatur; patet hoc etiam ex iis, quae sequuntur: *ἀλλ' ἀεί τινας τῶν πολιτῶν τοὺς πιστοτάτους, οἳ μετ' αὐτῶν συντελοῦσιν, μέχρις ἂν ἐνδημῶσιν οἱ πρέσβεις*, in quibus excidit fortasse *παρεῖναι*, in hunc modum revocandum: *ἀλλὰ παρεῖναι ἀεί τιν.* — Ibid. §. 12. *τῶν τὰ ἐναντία φρονούντων τοῖς παροῦσι πράγμασι καὶ μάλιστα ἡγεμόνας τε καὶ αἰτίους γενομένους ἐν τῇ πόλει πράξεώς τινος μεθιστάναι αὐτοὺς ἀνυπόπτως.* Haec Casaubonus interpretatur: „contrariae factionis capita praecipue et eos, qui auctores reipub. fuerint, ut aliquid faceret unde orta est discordia, transferre alio nihil tale suspicantes oportet.“ Tu vero et *ἄν* adde ante *ἐν τῇ πόλει*, et *πρᾶξιν* ad seditionem vel proditionem refer, qua potestate *πράττειν* et *πρᾶξις* cum aliis (cf. ad Thucyd. IV. 89. 132.) tum Aeneae frequentatur; cf. c. 22. §. 3.; interpretare igitur „contrariae factionis eos potissimum qui duces et auctores proditionis alicuius fieri possint“.

C. XI, §. 2. „*ὥςτε ἀεὶ δεῖ προςέχειν τοῖς τὰ τοιαῦτα τελειοῦν σπουδάζουσιν*“ commodiore loco legerentur, si post *ἀνέβησαν στρατιῶται* extarent. — Ibid. §. 4. Argis narratur, cum optimates plebem iterum essent aggressuri, is qui plebem regebat, cum alia callide instituisse, tum convocata concione haec dixisse: *ὅτι συμφέρον εἴη ἐν τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ σὺν τοῖς ὅπλοις πάντας οἷς ἔχει παρεῖναι ἐν τῇ αὐτοῦ φυλῇ ὄντας ἑκατόν.*

Med. *πάντας μὲν οὓς παρεῖναι.* Casaubonus locum vitii manifestum ita corrigit: *φυλῇ ἐν ταῖς ἑκατοστύσι*, vel *ἔν τε τῇ αὑτοῦ ἑκατοστύϊ*, sed neque Argivis constat *ἑκατοστύας* fuisse, neque litterarum vestigia eam mutationem commendant; malim igitur rescribi: *παρεῖναι, ἐν τῇ αὑτοῦ φυλῇ ὄντα ἕκαστον* „ut omnes cum armis quae haberent adessent, in sua quisque tribu“; *ὄντα* enim participium etsi abesse sine sententiae damno poterat, tamen quod adest graeci sermonis periti aequis animis laturi sunt; minus peritos et alii et Matthiae §. 553. p. 1103., Bernhardy. p. 475. docebunt. — Subiungitur: *ἐὰν δέ τις ἄλλως ἐκθῆται τὰ ὅπλα ἢ ἄλλῃ ἐξενεγκάμενος φανῇ, ὡς προδότης καὶ ἐπιβουλεύων τῷ δήμῳ πασχέτω τι, τοῦτο δὴ αὐτὸ, ἵνα κατὰ τὰς φυλὰς ὄντες οἱ πλούσιοι μὴ δύνωνται ἐς ταὐτὸ ἀθροισθέντες κτλ.*, in quibns ad „*τοῦτο δὴ αὐτό*“ Casaubonns et Orellius „*ἐποίησεν*“ excidisse volnnt, et pro *ἄλλως* Orellius *ἄλλοσε* rescriptum ivit, quorum illud non necessarium est, cnm similibus formulis verbnm non magis addatnr, velnti *τοῦτό γέ τοι δή* apud Aristophan. Ran. 1058. *τοῦτ' ἐκεῖν'* ib. 1353. (cf. Hermann. ad Nub. 1053.) *καίτοι καὶ τοῦτο* apud Demosth. 43, 16. 268, 15. *καὶ γὰρ αὖ τοῦτο* p. 568. *καὶ γὰρ τοῦτο* 1294, 21., et id genns alia apnd alios leguntur, alterum vero non ita multum facit ad loci emendationem, neque patet, quid magni intersit inter *ἄλλοσε ἐκθῆται* et *ἄλλῃ ἐξενεγκάμενος φανῇ*. Casauboni interpretatio: „si quis arma e domo sna transferret alio ant id fecisse deprehenderetur“ nihil nos invat; sententia tamen qnae desideretur, non dubium videtur; nam contra eam legem, quae in sna quemque tribu adesse cnm armis iubet, delinqui dupliciter potest, si aut omnino non ades armatns aut non tua in tribn; itaqne scribendum videtur: *ἐὰν δέ τις ἢ ἁπλῶς μὴ ἐκθῆται τ. ὅ.*

C. XII, 2. *ὥςτε τοῖς Χαλκηδονίοις τὴν φρουρὰν ἔσω οὖσαν πολὺ φοβερωτέραν εἶναι τῶν προκαθημένων πολεμίων.* Legendum *προςκαθημένων.*

C. XIV. Instante obsidione plebem quoque ad concordiam adducendam eiqne cum aliis modis blandiendum, tum obaeratis
6 succurrendum usuris vel minucndis vel etiam tollendis; *ἐν δὲ τοῖς λίαν ἐπικινδύνοις καὶ τῶν ὀφλημάτων τι μέρος καὶ πάντα.*

Scribendum ὀφειλημάτων (cum Med. Pariss. A. B.) τι μέρος ἢ καὶ πάντα. Neque enim bic mulcta (ὄφλημα) agitur, sed sors, debitum, i. e. ὀφείλημα. Quae vero his subiiciuntur „ὅταν δὲ ὡς πολλοίγε καὶ φοβερώτατοι ἔφεδροί εἰσιν οἱ τοιοίδε ἄνθρωποι", haec, quod ad sententiam, in hunc fere modum cum antecedentibus coniungenda videntur: πάντα, ὅτι δὴ ὡς πολύ (ita Med.) γε καὶ φοβ.; nam verba quis praestet*)?

C. XV, 3. ἔπειτα καὶ κατ' ἄλλο πάθος οὕτως ἐκπέμπειν καὶ ἐν τάξει, μέχρις οὗ ἱκανοὶ δοκοῦσιν ἐκβεβοηθηκέναι, ἵνα καὶ ἐν τῇ πορείᾳ ἐχόμενα ᾖ τὰ μέρη, καὶ ἐὰν τὰ μέρη μέρος δέῃ βοηθῆσαι, ἐάν τε ἅμα πάντα δέῃ, ῥᾳδίως ὑπάρχειν συμμίσγειν ἀλλήλοις. Legendum: ἔπειτα καὶ ἄλλο κατ' ἄλλο πλῆθος — ἱκανοὶ δοκῶσιν ἐκβ., ἵνα κ. ἐ. τ. π. ἐχ. ᾖ τὰ μέρη, καὶ ἐάν τε κατὰ μέρος δέῃ βοηθῆσαι, ἐάν τε ἅμα πάντα δέῃ τὰ μέρη, ῥᾳδίως ὑπάρχῃ συμμίσγειν ἀλλήλοις.

C. XVI, 2. Docetur, suppetiae quomodo ferendae sint, quotiens hostis iam invaserit fines; primum dicit non statim esse accurrendum; δεῖ γάρ σε εἰδέναι, ὅτι τῶν πολεμίων οἱ μετὰ ξυνέσεως καὶ ἐπιστήμης — γινόμενοι ἐν πολεμίᾳ κατ' ἀρχὰς μὲν τὸ ἰσχυρότατον αὐτῶν ἐν τάξει ἄγουσι, προςδεχόμενοί τινας ἐφ' ἑαυτούς, καὶ ἑτοίμως ἔχοντες ἀμύνεσθαι· τινὲς δὲ διασπαρέντες αὐτῶν κατὰ τὴν χώραν ἀδικοῦσιν. ἄλλοι δ' ἂν ἐνεδρεύοιεν προςδεχόμενοί τινας βοηθοῦντας ὑμῶν ἄτακτον βοήθησιν. Δεῖ οὖν μὴ εὐθὺς αὐτοὺς προςκείμενον ἐνοχλεῖν. In his neque ad ἐφ' ἑαυτούς excidit ἥκοντας (debebat certe dici ἥξοντας), cum eundi verbum facile ex orationis cohaerentia suppleatur, uti c. XII. συμμάχων εἰς τὴν πόλιν dictum est pro σ. παρόντων εἰς τ. π.; neque ὑμῶν cum ὑμῖν mutandum, id quod vel pessumdaret sententiam; sed scribendum videtur ἀμύνεσθαι· εἴ τινες δὲ διασπαρ. — ἀδικοῦσιν, ἄλλοι δ' ἂν ἐνεδρεύοιεν; videtur enim εἰ excidisse propter praecedens αι, δέ autem particulam saepenumero in apodosi iterari, praesertim si in protasi locum habuerit, in vulgus notum est; cf. Buttmann. in Demosth. Mid. p. 147—160. Engelhardt. ad Platon. Apol. p. 220. ad

*) [Verum vidit Fr. Haase corr. ὅταν δέῃ.]

Menex. p. 252. Iacobs. ad Aelian. h. a. p. XXVII. — Postremum scribendum: *δεῖ οὖν μὴ εὐθὺς αὐτοῖς προςκείμ. ἐνοχλεῖν*; nam etsi *ἐνοχλεῖν τινα* non minus dicitur quam *ἐνοχλεῖν τινι* (cf. Schaefer ad Demosth. p. 1343, 5.), praestat tamen pronomen cum *προςκείμενον* copulari.

Ibid. §. 10. *ἐὰν δὲ μηδὲ ταῦτα ὑπάρχῃ, τῶν λοιπῶν* [sc. *ἕν ἐστιν*] *καταλαβεῖν ἐγγὺς τῆς πόλεως χωρία σύμμαχα, πρὸς τὸ μάχεσθαί τι* [l. *τε*] *πλεονεκτικῶς καὶ εὐαπαλλάκτως ἔχων τὸ χωρίον, ὅταν* [l. *εὐαπ. ἔχοντα, ὅταν*] *βούλῃ ἀπιέναι πρὸς τὴν πόλιν. καὶ οὕτως ἐμβαλόντες οἱ πολέμιοι εἰς τὴν χώραν πρὸς τὴν πόλιν πορεύονται, καὶ ἄρχειν ὑμᾶς τῆς μάχης ἐκ τῶν χωρίων τούτων ὁρμωμένους.* Legendum videtur: *καὶ εἰ οὕτως — πορεύονται, δεῖ ἄρχειν ὑμᾶς τῆς μάχης.*

C. XVII, 2. *ἑορτῆς πανδήμου ἔξω τῆς πόλεως Ἀργείων γενομένης, ἐξῆγον πομπὴν σὺν ὅπλοις τῶν ἐν τῇ ἡλικίᾳ· συχνῶν δὲ ἐπιβουλευόντων καὶ αὐτοὶ παρεσκεύαζον, καὶ αὐτοῖς συνηττοῦντο ὅπλα εἰς τὴν πομπήν, καὶ ἐγένετο πρὸς τῷ ναῷ τε καὶ βωμῷ. οἱ μὲν πολλοὶ — πρὸς τὰς εὐχὰς — ὥρμησαν.* Scribendum videtur: *παρεσκευάζοντο καὶ αὐτοὶ συνήροντο τὰ ὅπλα ὡς εἰς τὴν πομπήν. ὡς δ' ἐγένετο πρὸς τῷ ναῷ τ. κ. τ. βωμῷ, οἱ μὲν πολλοὶ κτλ.* Ad *ἐγένετο* repetendum *ἡ πομπή*, post *ἐπιβουλευόντων* aliquid videtur ad integritatem orationis deesse, veluti *πολλοί* vel simile quid. — Ibid. in fine capitis legitur: *Χῖοι δὲ — προκαταλαμβάνουσι τὰς εἰς τὴν ἀγορὰν φερούσας ὁδοὺς φυλακαῖς καὶ δυνάμεσι πολλαῖς· κώλυμα οὖν οὐ μικρὸν τοῖς βουλομένοις νεωτερίζειν.* Scribendum videtur *πολλαῖς, κώλυμα οὐ μικρόν.* Sequitur: *Ἄριστον δὲ τὰς ἀρχὰς πρῶτον μετὰ τῆς προειρημένης δυνάμεως ἱεροποιῆσαι.* Sed nihil ea de re in iis, quae antecedunt, dictum, quare scribe: *μετά τινος προῃρημένης δυνάμεως* „cum manu antea electa“.

C. XXII. §. 1. lege: *Νυκτοφυλακεῖσθαι ἐν μὲν τοῖς κινδύνοις καὶ προςκαθημένων ἤδη ἐγγὺς πολεμίων πόλει ἢ στρατοπέδῳ ὧδε.* erat *προκαθημ.*, et *ὧδε* omittebatur. — Ibid. §. 4. de vigiliis et excubiis cum alia tum hoc praecipitur: *καὶ τοὺς ἡμέ-*
7 *ρας φυλάξαντας μὴ φυλάσσειν νυκτός. οὐ γὰρ ἐπιτήδειον*

προϊέναι ἀμελεῖ ἕκαστος πράσσειν. Haec expedivit nemo;*) nos scribimus: *οὐ γὰρ ἐπιτήδειον προειδέναι ἃ μέλλει ἕκαστος πρ.* Mox §. 5. ubi *προφυλάκων* ratio explicatur, scriptum extat: *παρηγγέλθω δὲ ποιεῖν ἅπαντας τοῦτο* (Med. *ποιεῖν ἅπα πάντας τοῦτο*) *ἀπὸ συσσήμων. καὶ οὕτω πολλοί τε καὶ ἅμα περιοδεύουσι, καὶ μικρὸν ἕκαστος χωρίον κινηθήσεται, καὶ οὐδ᾽ ἅμα οἱ αὐτοὶ παρὰ τοῖς αὐτοῖς διατελοῦσι πυκνά, ἄλλων φυλάκων παρ᾽ ἄλλοις γιγνομένοις πρὸς φύλαξιν.* Scribe *ποιεῖν ἅμα πάντας ταὐτὰ ἀπὸ συσσήμων — περιοδεύσουσι — ἄλλων φυλακῶν παρ᾽ ἄλλοις γιγνομένων προφύλαξιν.* — Ibid. §. 7. scribitur: *μάλιστα γὰρ ἂν αὐτοῖς προσήκει μὴ πρὸς ἡδονὰς τραπέσθαι ἀλλὰ μεμνημένους ἄν. Προςέχειν δὲ ταῖς πανδήμοις ἑορταῖς χρὴ τῶν κατὰ πόλιν φυλάκων, ὅσοι ἐν σώμασι μάλιστα ὕποπτοι τοῖς αὐτῶν καὶ ἄπιστοι, ἀφίεσθαι ἀπὸ τῶν φυλακείων κατ᾽ οἰκίας ἑορτάζειν.* Scribendum videtur: *μάλιστα γὰρ αὐτοῖς προςήκει — μεμνημένους ἀντέχεσθαι. Προςέχειν δ᾽ ἐν ταῖς π. ἑ. χ. τ. κ. π. φυλάκων, ὅσοι ἐν τοῖς μάλιστα ὕποπτοι αὐτῶν καὶ ἄπιστοι.*; *τοῖς* enim videtur male ex ultima syllaba antecedentis vocabuli, *σώμασι* autem partim ex *μάλα* sequentis vocabuli, partim ex *τοῖς* ortum; similiter Dionysius in Isocrat. c. 2. init.: *λέξις ἐν τοῖς πάνυ ἀκριβοῦσα.*

Ibid. §. 11. *ἀκινδύνων δὲ καὶ εἰρηναίων ὄντων ἐλάχιστά τε καὶ ἐλαχίστους τῶν ἀνθρώπων ὀχλεῖν, καὶ ε . . . . περιοδείας χρὴ τῶν στρατηγῶν* [*στρατιωτῶν* Paris. B. C. Med. in marg.] *σκυταλίδα ἔχουσαν σημεῖον παρὰ τοῦ στρατηγοῦ παραδίδοσθαι τῷ πρώτῳ φύλακι.* Legendum: *ὀχλεῖν δεῖ. ἐπί τε περ. χρὴ σκυταλίδα ἔχουσαν σημεῖον παρὰ τοῦ στρατηγοῦ παραδίδοσθαι τῶν στρατιωτῶν τῷ πρώτῳ φύλακι. Δεῖ* et *καί* saepius confunduntur: cf. c. XXV. et c. XVI.

C. XXIV. *βλάβην φέρει, ἐὰν κατὰ γλῶσσάν τις παραγγέλλῃ ἢ κοινόν τι ἅπασι.* Immo legendum *ἢ μὴ κοινόν τι.* Mox §. 2. *εἰςέλθοι* revocandum, neque ferendum *εἰςελθών*, quod ex libris aliquot reposuit Orellius. In fine autem capitis scribendum

*) [Ego ante expediveram eodem modo in Jahni annall. philol. et paed. vol. XIV, 5. pag. 97. H.]

videtur: *προενθυμεῖν δὲ τῶν κυνῶν, μή τι διὰ* (erat *μὴ διὰ*) *τὸν συριγμὸν ἀσύμφορον ἐξ αὐτῶν ᾖ.*

C. XXV. Scribendum: *εἴη δ' ἂν τὰ παρασυνθήματα τοιάδε, ἐν μὲν ταῖς σκοτειναῖς νυξὶ τό τε σύνθημα ἐρωτᾶν καὶ φωνεῖν τι μᾶλλον ἢ καὶ* [erat *μᾶλλον καὶ*] *ψόφον ἐμφανίσαι, τὸν δὲ ἐρωτώμενον τό τε σύνθημα ἀποκρίνεσθαι καὶ ἄλλο* [erat *ἄλλῳ*] *προσυγκείμενον φωνῆσαι ἢ ψόφον ἐμφανίσαι.*

C. XXVI. §. 2. interpunctione sanandum: *περιοδεύειν δὲ ἄνευ λαμπτῆρος, ἂν μὴ λίαν χειμὼν ᾖ καὶ σκότος, εἰ δὲ μή, οὕτω ὁ λαμπτὴρ φθεγγέτω;* vulgo *εἰ δὲ μὴ οὕτω* coniungunt.

C. XXVII. §. 2. Quo loco de panico tumultu agitur, initio quaedam ita corrupta snnt, quibus difficilius sit medicinam quaerere; sed hoc non dubium quin scribendum sit: *καθ' οὓς ἂν οὖν τοῦ* [erat *ἂν τοῦ*] *στρατεύματος μὴ ἀντιπαιανίζωσιν* (erat — *ζουσιν*), *εἰδέναι κατὰ τούτους τὸν φόβον ὄντα· ἐὰν δέ τι φοβερὸν ὁ στρατηγὸς αἴσθηται, τῇ σάλπιγγι σημαίνειν, τούτῳ* [erat *τοῦτο*] *ἔσται γνωστόν, ὅτι εἴη τι* [erat *τὸ*] *πολέμιον.* Mox §. 4. l.: *Εὐφράτας δὲ ὁ Λακώνων ἁρμοστὴς ἐπὶ Θρᾴκης, ἐπεὶ αὐτῷ πυκνὰ ἐγένοντο ἐν τῷ στρατεύματι — φόβοι καὶ οὐκ ἠδύνατο* (erat *ἠδύναντο*) *ἄλλῳ τρόπῳ παῦσαι, τοιόνδε παρήγγειλεν, εἰς νύκτα ὅταν τις θόρυβος γίνηται, ἀνακαθίζειν αὐτοὺς εὐθὺς πρὸς τὰ ὅπλα — ἀνίστασθαι δὲ μηδένα ὀρθόν· ἂν δὲ τις ἴδῃ τινὰ ὀρθόν, παρήγγειλεν πᾶσιν* (erat *π. ἐν π.*) *ὥςπερ πολεμίῳ τῷ ἐξαναστάντι* [erat *ἐπαναστάντι*] *χρῆσθαι.* Ibid. §. 5. *χρὴ δ' ἄν τι τοιοῦτον ἐν ταῖς νυξὶ πάσχῃ στράτευμα, καθ' ἑκάστην φυλακὴν καθεστάναι ἑκάστου λόχου ἢ τάξεως ἐπὶ τοῖς κέρασι καὶ τοῖς μέσοις.* Hic Casaubono *φύλακας*, aut *φύλακα*, Orellio accusativus ad *καθεστάναι* deesse videtur, qui si re quidem vera deesset, poterat *τινά* facile suppleri; sed ipsum *καθ' ἑκάστην φυλακήν* accusativi locum obtinere docere Buttmannus ignaros poterit (ad Demosth. Midian. in Indic. p. 170.). — Neque minus sana videntur, quae sequuntur: *ἂν ἄρα σοι προςέξωσιν, ὅπως, ἐάν τινα αἰσθάνωνται ἐκ τοῦ ὕπνου ἢ ἄλλων ἐρχόμενον θόρυβον, εὐθὺ παριὼν καθέξει,* modo *ἂν — προςέξωσιν* de consilio intellegas, atque hinc *ὅπως — καθέξει* pendere iubeas.*) — Ibid. §. 6. *Γενομένης δὲ ἡμέρας*

*) [In codd. Pariss. A. B. sic scribitur: *ἂν ἄρασοι προσέξωσιν.* quae ego iam olim in Encyclop. univ. litt. et antt. sect. III. vol. X. v. Panischer

χρὴ τοὺς φύλακας εὐθὺς ἀφιέναι ἐκ τῶν φυλακείων πρὶν ἢ τὰ ἔξω προερευνηθέντα ἐμφανισθῇ καὶ καθαρὰ εἶναι πολεμίων. Casaubonus coniecit οὐκ εὐθύς, nos scribendum arbitramur: χρὴ μὴ τοὺς φ. — ἐμφανισθῇ καθαρὰ εἶναι. 8

C. XXIX, 1. οἷς ἤδη πόλις καὶ ἡ ἀκρόπολις κατελήφθη. Delendum videtur ἡ, cum de arce certa quadam non magis quam de urbe certa agatur.

C. XXXI, 1. De clandestinis epistolis agitur; εἰς φόρτια, inquit, ἢ ἄλλα σκεύη ἐνεβλήθη βιβλίον ἢ ἄλλο τι δρᾶμα τὸ τυχὸν καὶ μεγέθει καὶ παλαιότητι. legendum videtur: βιβλίον, δρᾶμα ἢ ἄλλο τι τὸ τυχόν, aut δρᾶμα ἢ ἄλλο τι βιβλίον. — Ibid. §. 10. legendum: γράφοιτο δ' ἂν καὶ εἰς πινάκιον ζωγραφικόν [erat πιν. ἡρωϊκόν], ἅπερ ἂν βούλῃ· ἔπειτα καταλευκῶσαι καὶ ξηράναντα γράψαι ἱππέα φωσφόρον ἢ ὅτι ἂν βούλῃ, ἱματισμὸν λευκὸν ἢ ἵππον [erat λευκ. καὶ τὸν ἵππον] λευκόν, εἰ δὲ μή, καὶ ἄλλῳ χρώματι πλὴν μέλανος· ἔπειτα δοῦναι τινι ἀναθεῖναι ἐγγὺς τῆς πόλεως εἰς ὃ ἂν [erat ἐὰν] τύχῃ ἱερόν, ὡς εὐξάμενον („quasi ex voto", erat εὐξόμενος), ὅταν δὲ δέῃ (erat δεῖ) ἀναγνῶναι τὰ γεγραμμένα κτλ.

C. XXXVI. ἐὰν δὲ ἄρτι ἄνη τωτε σχει κλῖμαξ. legendum videtur: ἐὰν δὲ ἄρα παγῇ τῷ τείχει ἡ κλῖμαξ. — Mox extat: ἐὰν δὲ ταῦτα μὲν δοκῇ εἶναι. legendum videtur: ἐὰν δὲ ἀδύνατα μέν.

C. XXXVII, 3. Ἄμασιν Βαρκαίους πολιορκοῦντα ἐπεὶ ἐπεχείρει ὀρύσσειν. Vide sitne ἐπεί ortum ex initio sequentis vocabuli scribique oporteat: πολιορκ. ἐπιχειρεῖν ὀρύσσειν.

C. XXXVIII, 3. εἰ δέ τινας δεῖ μετιέναι ἀμελοῦντας ἢ ἀκοσμοῦντας, τοὺς τὰ πλεῖστα κεκτημένους καὶ ἐν τῇ πόλει δυναμένους μάλιστα μετέχοντας. Haec etsi nemo in suspicionem vocavit, neutiquam tamen possunt pro sanis haberi; nam neque μετέχοντας facile explicaveris genetivo carens, veluti τῶν ἐν τῇ πόλει, neque hoc si restitueres, δυναμένους haberet explicatum; quare pro μετέχοντας coniicias extitisse μετιτέον vel simile quid.*)

Schrecken, pag. 377. adn. 3. monui emendanda sic esse: ἄνδρας οἳ προςέξουσιν. atque ita nuper edidit Koechly. H.] *) [Fugit Meierum emendatio facillima et certissima, quam iam olim Orellius pag. 308 inter typothe-

Ibid. fine cap.: πύλας γὰρ μὴ ἀνοίγεσθαι νυκτὸς, ἀλλὰ ταῖς τοιαύταις κλίμαξι χρῆσθαι καὶ ἄν τινα βούλησθε. Orellius coni.: ἂν ἄλλα τ., quo non apparet quid sententia adiuvetur; nobis καὶ ut ex antecedentis vocabuli postrema syllaba male repetitum delendum et ad βούλησθε infinitivus ἀναβαίνειν τὸ τεῖχος repetendus videtur.

C. XXXIX, 4. ἤδη δὲ τοῖς — προςπελάζουσι τῷ τείχει ἐγγύτερον τοῦ προςήκοντος, — βρόχους — κατεσκεύασαν — οἷς προςβαλούμενοι ἀκροβολισμοῖς τὸν εἰςπεσόντα ἀνασπάσουσι. Illud προςβαλούμενοι sensu cassum, atque unice verum, quod Med. offert προςκαλούμενοι, quod cum ἀκροβ. est coniungendum, „quibus laqueis hostem, velitationibus (invitatum) ad se vocatum, traherent".

Verum haec quidem velitationis caussa sufficiant; a quibus si non abhorrebunt lectores, alia propediem addituri sumus, quae hoc in commentario notanda supersint.

---

tarum errata commmemoraverat, δυνάμεως scribens pro eo quod est in libris mss. δυναμένους. de qua re quamquam monui in censura supra indicata pag. 212. tamen Kochlyus quoque retinuit illud ipsum δυναμένους, operosa et improbabili coniectura ante μετέχοντας adiciens voces καὶ τῶν μεγίστων. H.]

XVI.

DE FURTI LITTERARII SUSPICIONE IN POETAS ET ORATORES ATTICOS COLLATA.*)

Ignavum hominum genus, quod in alienas messes invo- 1
lando litteraria latrocinia facit. Quamquam ne hoc quidem in delicto discrimen nullum sed aliud alio maius; nam magis indignamur, ubi improbus animus sui conscius in eo omnem operam collocat, ut facinus oculis aliorum abscondatur; ubi fraus verita scilicet, ne in re manifesta deprehendatur, eorum vel dignitati illudit et de fama detrahit, quibus furtum fecerat; ubi occupatur possessio, quae furi debebat antiquissima et sanctissima videri, quod dominus absens vel mortuus sua vindicare non potest, quod sua furi fiduciae caussa commodaverat, quod furi parentis vel magistri loco est; contra ea ignoscimus, ubi vel hebetioris animi candorem quendam et simplicitatem animadvertimus, vel bonum quasi vacuum usurpari videmus. Neque vero statim aliena appetere putandus est, quicumque in eam sententiam incidit, eamque ut suam venditat, quam alius iam occupaverat, nisi velis vanis suspicionibus virorum bonorum fidem elevare; id quod nuper praestantis ingenii vir Fred. Iacobsius exemplis aliquot de critico genere petitis luculente comprobavit[1]). Sed non recens orta est suspiciosa natio, quae suae sibi inopiae conscia, si modo posset, cogitata et sua amicorumque possessionis aliqua nota signaret, ut in lite vindiciarum praetor secundum se vindicias daret; immo iam antiquitus ut furti illius genus ita vana furti suspicio latissime patuit, id quod nobilissimis locis Clementis Alexandrini[2]) et Eusebii[3]) evincitur, qui cum id agerent, ut

*) [Praemissum Ind. schol. aestiv. a. 1832]. 1) Lection. Stobens. p. IV. sqq. 2) Stromat. VI, 2. p. 263 sqq. 3) Praep. Evang. X, 3. Hic Porphyrii librum primum *φιλολογίας ἀκροάσεως* exscripsit, illum sua maximam partem ab Hippia Eleo sophista derivasse, quae Iacobsii sententia

Graecos scriptores ostenderent Hebraeorum prophetis non pauca debere, Graecos etiam furti in semetipsos admissi argunnt, exemplis usi non minimam partem minus idoneis. Sed alios livor et studiorum aemulatio, alios eruditionis tumor ad falsum furti crimen faciendum movit, qno in genere primus fortasse praeivit Hippias Eleus, quem eo nomine Clemens [4]) ad testimonium vocat.

2 Sed nos de furti litterarii suspicione in dramaticos, et maxime in comicos Graecorum poetas et oratores Atticos collata conferendave paucis hic disserere constituimus. Qui cnm audituris, non lecturis scriberent, minus verebantur quam nostrates poetae et oratores sententias paullo illustriores non solum suas oblata opportunitate aliis in carminibus et orationibus verbis aut isdem aut leviter immutatis repetere, verum etiam aliorum poetarum et oratorum sententias et verba sibi vindicare, neque statim eo nomine in plagii suspicionem vocabantur, aut sparsus a malevolis rumor ad detrectandam famam nobilis alicuius scriptoris certe apud aequiores aequalium valebat. Non loquimur eis de locis, qui breves sententias complexi fere in proverbii consuetudinem cesserunt, quibus etsi non inutile est inqnirere quis primus usus sit, qui post usi sunt, ut non ab inventione laudandi, ita etiam nullo merito inter plagiarios referri possunt; sic, ut hoc utamur exemplo, *πρὸς κέντρα μὴ λακτίζειν* si Pindarus (P. 2, 94), Aeschylus (Ag. 1616), Euripides (Bacch. 794. Peliad. fr. 4), alii posuernnt, eorum nemini furti nomine diem dixeris. Neque ii loci in hnnc numerum adscribendi sunt, in quibus fortuna magis et casu duo in eandem sententiam, in eadem verba incidisse quam alter ab altero derivasse videntur. Ita quod Pindarus habet (P. 2. 72) *γένοι' οἷός ἐσσι*, non putandus est Homericis

---

est, non credimus, cum pauca tantum, quae ad antiquissimos poetas pertinent, ab hoc narrari potuerint, reliqua vel temporum ratio excludat.
4) p. 624 (s. 265): *φέρε ἄντικρυς μαρτυροῦντα ἡμῖν Ἱππίαν τὸν σοφιστὴν τὸν Ἠλεῖον, ὅς τὸν αὐτὸν περὶ τοῦ προκειμένου μοι σκέμματος ἥκειν* (?) *λόγον, παραστησώμεθα ὧδέ πως λέγοντα.* Quod *πως* dicit, id probat verba non ipsa tradi; librum vero, quo hoc argumentum persecutus sit Hippias, *συναγωγὴν* arbitramur inscriptum esse, quo quidem libro etiam omnem *ἀρχαιολογίαν* pertractavit (Plat. Hipp. mai. 12 p. 285 d.).

debere (Il. η. 312. cf. Eustath. ad h. l.) *τοῖος ἐὼν οἷός ἐσσι.* Ita quod Antisthenes et Plato philosophi in Theage et Republica et Aristophanes comicus in fabula Heroum Euripidi tribuunt, *σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ* cum apud Sophoclem quoque cxstet (Ai. Locr. fr. 2), erant qui hanc *συνέμπτωσιν Σοφοκλεῖ καὶ Εὐριπίδῃ γενέσθαι* traderent[5]), uti omnino de *συνεμπτώσει* scriptorum singulari libro et industria ab grammatico quodam expositum scimus. Neque denique qui aut nobilem aliquam sententiam, versum plausu exceptum data opera ad tangendos auditorum animos, aut parodiae vel ridendi caussa repetit, furti arguendus est, uti Eubulum constat eo consilio Euripidis versus integros suos fecisse[6]). Sed non desunt loci longe diversae naturae, quos vel de suis ipsorum libris repetisse vel aliis eos surripuisse non negaveris. Maxime hoc in locos communes cadit, qui quod multis rebus commode adhibentur, caussae nihil erat, cur quae semel bene et proprie apteque essent exposita, aliis verbis enarrarentur. Sed ordine et via progressi initium faciemus a tragicis poetis.

Aeschylum non defuerunt qui quaedam ab Phrynicho mutuatum esse traderent, de Sophoclis furto singularem librum Philostratus Alexandrinus scripsit[7]), quem tragoedum in satyricam fabulam, quae *Ἀχαιῶν σύλλογος* inscribitur, versus aliquot de Aeschylo paene derivasse videri Boeckhius comprobavit[8]). Euripidem malignitas aequalium comicorum, veluti Calliae, Aristophanis, Antiphanis, Teleclidis in fabulis scribendis Socratis et Mnesilochi opera usum esse insimulabat[9]); scilicet hac consue-

---

5) Schol. Arist. Thesmoph. 21. Lessingii sententiam (Vit. Sophocl. p. 163) hunc versum olim apud neutrum neque apud Euripidem neque apud Sophoclem extitisse censentis, quod alioquin ab Hippia vel a Clemente vix neglectus esset, non attinet refellere; probabiliora Boeckhius (Graec. Trag. Princip. p. 242), cui vel hic versus ab histrione videtur in Sophoclem ex Euripide illatus, vel Aiax Locrus fabula esse minoris Sophoclis mutuati cum versum ab Euripide; quamquam ne his quidem opus est. 6) Meineke Quaest. Scen. 3, p. 16. [Fragm. com. I. p. 356.] 7) cf. Lessing l. c. 8) Gr. Tr. pr. p. 131 sq. 9) Multa scite ea de re Guil. Dindorfius commentatus est (Aristoph. Fragm. p. 20 sqq.), quamquam quaedam iusto audaciora videntur, veluti quae de Aristophanis versibus ex Nubibus prioribus statuit.

tudine factum esse, ut eius fabulae philosophicam magis indolem referrent quam tragoediam spirarent; eundem in melicis potis-
3 simum carminibus ab Cephisophonte servo esse adiutatum comici non minus ferebant[10]; uti Ecphantidae comico Choerilum servum in comoediis scribendis adiutorem extitisse adversariorum poetarum sermonibus iaciebatur; nam comici alicuius vocabulum est ἐκκεχοιριλωμένη explicitum illud ab Hesychio[11]. Quorum criminum neutrum serio esse accipiendum non adnotaremus, nisi in aliam partem alios ea interpretatos esse sciremus. Et Terentium quis nescit dixisse malevolos in comoediis scribendis ab hominibus nobilibus adiutari eosque adsidue una scribere? aut quis ignorat propter elegantiam sermonis et morum suavitatem fabularum eius alias ad C. Laelium, alias ad P. Africanum auctores esse relatas[12])? Sed Euripidem satis constat[13]) religioni sibi non duxisse multa ex Aeschylo transferre, quaedam ab Sophocle mutuari, et suas ipsius sententias et versus mutationibus vel nullis vel exiguis factis identidem repetere Idem in eademne fabula repetiverit sive sciens sive sui immemor versus eosdem, dubitationi obnoxium; nam qui in Phoenissis repetiti sunt vv. 768 et 1391, eorum Valckenarius utrumque, Brunckius hunc, Porso neutrum spurium censet; qui vero in Medea extant, fabula cum maxime repetitionibus istis inquinata (conf. v. 40 sq. et 380 sq. 305 et 804. 1058 sq. et 1236 sq.), eos alius histrionum socordia, alius correctorum sive διασκευαστῶν oscitantia, alius aliter explicuit; nos rem ut obtrectationi meritae ita non ultra fidem arbitramur esse. [Cfr. Firnhaberi liber elegantissimus „die Verdächtigung Euripideischer Verse beleuchtet" p. 9.].

Iam vero missis tragicis ad comicos poetas animos advertamus, qui cum magno contentionis studio ducerentur, et multis se criminibus petebant, et hoc furti litterarii probrum sibi saepissime inferebant*), ad quod etiam versus Lysippi[14]) comici referendus, ὁ δ' ἀνακνάψας καὶ θειώσας τὰς ἀλλοτρίας

10) Cf. Aristoph. Ran. 942 (975). 1404 (1452) c. schol. 11) Meineke Qu. Sc. I. 13. [Fragm. com. I. p. 37. II. p. 199.] 12) Cf. Adelph. Prol. 15. Bernhardy Hist. Litt. Rom. p. 194. 13) Boeckh. l. c. p. 247 sqq. *) [De imitatione et furtis comicorum cf. Cobet. observ. crit. in Platonis com. reliqu. cap. II.] 14) Meineke 2, 51. [Fragm. com. I. p. 216. II. p. 745.]

ἐπινοίας, qui ex parabasi aliqua desumptus videtur. Aristophanes igitur, quamquam (Nub. 538) de se profitetur, *οὐδ' ὑμᾶς ζητῶ 'ξαπατᾶν δὶς καὶ τρὶς ταῦτ' εἰςάγων, 'Αλλ' ἀεὶ καινὰς ἰδέας εἰςφέρων σοφίζομαι Οὐδὲν ἀλλήλαισιν ὁμοίας* et suos ipsius versus nonnumquam repetivit, veluti qui Vesp. 1030 legitur *ἀλλ' Ἡρακλέους ὀργήν τιν' ἔχων* repetitur Pac. 736; qui Vesp. 1032—1035 extant, repetuntur Pac. 739 sqq. Versus *καὶ μιαρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μιαρώτατε* extat et Pac. 183 et Ran. 467. al. Quae autem in eadem fabula extant exempla repetitorum versuum Ach. 363 et 411. Eq. 96 et 113 cum non sine acumine quodam repetantur, crimini nulli locum relinquunt. Et ad eundem poetam, quamquam aliorum furta acerbissime exagitat et Eupolidi maledicit propter Equitum fabulam in Marica imitatione expressam[15]) et Hermippum carpit propter eandem fabulam dolo malo exscriptam, sed ad eundem hoc ipsum furti crimen non minus pertinet. Nolumus eam ob rem Eupolidi testimonium denuntiare, qui in extrema *Βαπτῶν* parabasi *Τοὺς ἱππέας* inquit *συνεποίησα τῷ φαλακρῷ .... κἀδωρησάμην*, neque eorum abutemur auctoritate, qui Eupolidi dicunt deberi versus *ὅςτις οὖν τοιοῦτον ἄνδρα μὴ σφόδρα βδελύττεται κτλ.* (Eq. 1287 sq. cf Schol. ad h. l.) neque ad similitudinem provocabimus leviorem illam verborum sententiarumve, quam inter Eupolidia et Aristophania intercedere Lucas aliquot exemplis comprobatum ivit[16]); sed Cratinus Aristophani in festivissima fabula Pytine tum aliis nominibus tum *ὡς τὰ Εὐπόλιδος λέγοντι* maledixit[17]). Neque ipsi Cratino pepercit, cuius ex fabulis *'Εμπιπραμένων*[18]) et *'Ιδαίων*[19]) aliquot versus in Thesmophoriazusas transtulit; ab 4

15) Unum huius imitationis exemplum excitabimus; apud Quintilianum enim I. O. I. 10. 18. haec leguntur: „apud (Eupolidem) Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex musice scire nisi litteras confitetur“. Quae quis dubitat expressa esse ex Aristophaniis Eq. 188 *ἀλλ' ὤγαθ' οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι Πλὴν γραμμάτων.* 16) Cratin. et Eupol. p. 91. Addi non pauca possunt, veluti Athen. IX, 69. coll. Athen. III, 123. 17) Schol. Eq. 528. 18) Clemens p. 267 (628 s. 751): *'Αριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις τὰ ἐκ Κρατίνου 'Εμπιπραμένων μετενήνεγκεν ἔπη. Τὰ* quominus in *τινὰ* immutaremus, prohibuit locus Theon. Progymn. infra (p. 317.) afferendus. 19) Hinc Thesmoph. v. 215 derivatum esse docet schol. ad h. l.

eodem Cratino derivavit fortasse versus Eq. 930 δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην Ἱπούμενος ταῖς εἰςφοραῖς; cf. Poll. VII. 41. Platoni comico multa debentur in Daedali fabula, uti Plato hinc suam Daedalum ditavit[20]. Haec de Aristophane. Hoc non minus Phrynichus ab comicis carpebatur[21]) ὡς ἀλλότρια λέγων. Neque religiosior Strattis; quos enim versus ex huius Lemnomeda excitavit Athenaeus (XI, 473, c.), Ἑρμῆς ὃν ἕλκουσ' οἱ μὲν ἐκ προχοιδίου Οἱ δ' ἐκ καδίσκου σ' ἴσον ἴσῳ κεκραμένον ex Cratini Pytine petitos esse comprobabunt Poll. X. 70. Athen. X. 426, c. Eubulus se ipse expilabat; certe in Nannio et Pannychide aliquot versus eosdem posuit[22]); neque huic amatores deerant, qui eius versus aut integros in suas fabulas reciperent, aut imitando exprimerent, ut Alexis, Ephippus, Ophelio[23]). Alexis sibi non magis quam aliis parcebat, sed isdem versibus in diversis fabulis locum dabat[24]). Anaxilas mediae comoediae poeta duos versus paene eosdem in Chrysochoo et Plusiois posuit (Athen. X. 416, e). Epicrates in suam Δύςπρατον quaedam ex cognomine fabula Antiphanis (id. VI. 262. d), et ex huius Boeotia aliquot versus Eriphus in Meliboeam transtulit (id. III. 84 b.). Quod de Menandri, si dis placet, furtis, Aristophanes Grammaticus παραλλήλους Μενάνδρου τε καὶ ἀφ' ὧν ἔκλεψεν ἐκλογάς, Latinus, sive, quod Gyraldo placuit, Cratinus περὶ τῶν οὐκ ἰδίων Μενάνδρου scripsit libris sex, et huius Δεισιδαίμονα sive Superstitiosum totam a capite ad calcem ex Οἰωνιστοῦ fabula Antiphanis transscriptam esse Caecilius (rhetor) contendit, de hoc ad Meinekium lectores ablegamus Menandr. p. XXXIV. [Fragm. com. I. p. 32. IV. p. 100. — de Euripide ibid. p. 705.]

Satis de comicis Graecorum, quorum ad exemplum etiam Romanorum poetae comici et furtum sibi faciebant et furti crimen in se iaciebant[24a]). Transimus ad oratores Atticos, quo de genere quaedam occupaverunt Taylorus[25]), Spengelius et Schoe-

20) Cf. Meineke Qu. Sc. 2, 15. [Fragm. com. I. p. 169. II. p. 620. Cobet l. c. p. 78.] 21) Meineke 2, 7. [Fragm. com. I. p. 150.] 22) Athen. XIII, 568. f. 23) Meineke 3, 18. [Fragm. com. I. p. 358.] 24) Id. Qu. Sc. 3, 29. [Fragm. I. p. 377.] Adde Athen. X, 419 b. 24a) Fidem facient prologi Terentii paene omnes, praecipue Eunuchi, versus Eun. 3, 1, 27 „Lepus tute es et pulmentum quaeris" Livio Andronico debetur. [v. Bentl. in Terent. Adelph. prol. 45.] 25) Lect. Lys. c. 2. p. 225 sqq.

mannus. Primum vero infra ponamus testimonium testis sane non ita gravis, sed antiquiores technicos hac in re secuti, Ulpiani (ad Dem. c. Aristocr. p. 419. §. 157 Lnt.): Ἔθος πᾶσι τοῖς παλαιοῖς ἐπὶ τῶν αὐτῶν νοημάτων καὶ τοῖς αὐτοῖς κεχρῆσθαι ῥήμασιν, ἵνα μὴ δοκοῖεν ἀπειρόκαλοι εἶναι ἐναλλαγῇ τῆς φύσεως. εἶπεν οὖν καὶ ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος τὸ αὐτό. Cum his facit fere Theo (Progymn. c. I p. 6 sq.): πάντες οἱ παλαιοὶ φαίνονται τῇ παραφράσει ἄριστα κεχρημένοι οὐ μόνον τὰ ἑαυτῶν ἀλλὰ καὶ τὰ ἀλλήλων μεταπλάσσοντες. Multo etiam magis conspirat Dionysius Halicarnasseus, qui in libro, quem de Lysia scripsit, haec habet (c. XVII. p. 491 R.): μάλιστα δ' ἄν τις αὐτοῦ θαυμάσειε τὴν ἐν τοῖς προοιμίοις αὐτοῦ[26]) δύναμιν, ἐνθυμηθεὶς ὅτι διακοσίων οὐκ ἐλάττους δικανικοὺς γράψας λόγους, ἐν οὐδενὶ πέφηνεν οὔτε ἀπιθάνως προοιμιαζόμενος οὔτε ἀπηρτημένη τῶν πραγμάτων ἀρχῇ χρώμενος, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἐπιβέβληκε τοῖς αὐτοῖς, οὐδ' ἐπὶ τὰς αὐτὰς κατενήνεκται διανοίας· καίτοι γε τοῦτο καὶ οἱ τοὺς (?) ὀλίγους γράψαντες εὑρίσκονται πεπονθότες, λέγω δὲ τοῖς αὐτοῖς ἐπιβάλλειν τόποις· ἐῶ γὰρ ὅτι καὶ τὰ παρ' ἑτέροις εἰρημένα λαμβάνοντες ὀλίγου δεῖν πάντες οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τίθενται τὸ ἔργον. οὑτοσὶ δὲ καινὸς ὁ ῥήτωρ ἐστὶ καθ' ἕκαστον τῶν λόγων κατά γε οὖν τὰς εἰςβολὰς καὶ τὰ προοίμια. Haec ille de prooemiis, in quibus praeter unum Lysiam reliquos oratores deinceps omnes religioni sibi duxisse negat aut semet exscribere, aut aliorum verba et sententias sua facere. Hinc factum, ut veteres aliquot rhetores, veluti Cephalus, Antipho, Theophrastus, singulares prooemiorum 5
et epilogorum libros scriberent, oratores nonnulli per otium elaborata prooemia in commentariis haberent, quibus oblata opportunitate uterentur[27]), quo in numero fuisse videntur προοίμια δημηγορικά, quorum singularis liber ad Critiam refertur aucto-

26) Repetitum αὐτοῦ Marklando in suspicionem venit, nimis illi suspicioso; nam repetitio ab grata quadam neglegentia profecta est, neque quicquam reperitur frequentius quam αὐτὸς pronomen post nomina vel pronomina hac abundantiae specie additum vel addito nomine explicatum accuratius. 27) Cf. Hermog. p. 184 Ald., sed omnia haec occupavit Spengel συναγ. τεχν. p. 105.

rem: neque diversa est ratio prooemiorum concionalium, quae sub Demosthenis nomine feruntur; nam etsi in medio relinquendum, sitne ab ipso oratore eorum ad libri qnasi molem instituta collectio, tamen exordia haec singula, sive sententias componas cum certis Demosthenis indiiciis de re pnblica, de temporibus illis, de iis rebus, quibus urbi opus esset, de adversariorum stndiis et contentionibus, sive elocutionem conferas cum verbis Demosthenicis, nihil est, cur ab Harpocrationis cautissimi viri iudicio recedendum sit, qui vv. ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι et ὀῤῥωδεῖν iis nt Demosthenicis testimonium denuntiat nulla significata fidei suspicione, cnm soleat incertis addere εἰ γνήσιος[28]). Sed quae ratio oratores ad prooemiorum et opilogorum sive repetitionem sive imitationem sive furtum movit, eadem est reliquorum locorum communium, qnorum in iudicialibus orationibus multa sunt genera; nam reo dicendum saepe est de superbia accusatoris, de iudicii iniquitate, accusator probaverit se non temere ad accusandum descendisse, sontis esse quo nsns sis indicio id detrectare, quo non usns sis eo contendere utendnm fuisse; adolescens, rerum imperitus suam δικῶν ἀπειρίαν opposuerit δεινότητι adversarii. Iam vero testimoniorum, tormontorum (βασάνων), tabularum fides modo loco communi tuenda modo elevanda est. Qui hereditatem petit secundum tabulas, is disseruerit, quam iniquum sit et impium mortui extremum iudicinm neglegere; qui contra tabulas petit, comprobaverit tabulas saepe falsas esse prolatas, testes qui scribendis vel signandis tabulis interfuisse se dicerent saepe falsi testimonii iudiciis esse convictos, propinquitatis autem necessitudinem ne posse quidem falsam fingi[29]). Actor, cui rens exceptionem sive παραγραφὴν opponit, de reo cunctante, tergiversante, εὐθυδικίαν fugiente disseruerit. Denique sunt quaedam communia, quibus orator aut iudicnm animos exacerbare aut iram deprecari et ad misericordiam commovere possit. Neque desnnt commnnia in deliberativi et demonstrativi generis orationibus; nam, ut hoc uno utamur exemplo, cui Athenae laudandae erant repetendaque memoria rerum aliquot illustrium Atticarum, id quod solebat fere argumentum esse laudationum

28) In diversas sententias cum alii discesserunt tum Spengel l. c. p. 110. 29) Cf. Isaeus Ciron. h. §. 41 sq. Nicostr. h. §. 12 sqq.

in funeribus publicis habitarum, fieri non poterat quin non solum in res easdem sed magnam partem etiam in sententias et verba eadem incideret, quae ab decessoribus occupata iam essent. Nihil igitur mirum, quod Isocrates in Panegyricum, in quo scribendo decem annos consumpsit, ex laudationibus funebribus praecipue Gorgiae, Archini, Thucydidis, Lysiae non pauca transtulisse putabatur[30]; quamquam furti insimulandus non erat. Haec in universum disserenda putavimus, ut de singulis oratoribns eo breviores essemns; initium autem facturi sumus ab Antiphonte, cuius cum praeter tetralogias tres, quas declamationes rectins vocaveris, orationes tres tantum aetatem tulerint, qnae re quidem vera in iudiciis habitae videntur, duae paullo nobiliores de caedibus Herodis et chorentae non panca continent, qnae ad verba conspirant; ita in utraque eisdem verbis exposita est laus legum Atticarum de caede latarum (cf. de c. Her. p. 711, 6 R. §. 14 Bekk. et de c. chor. 761, 9 §. 2), conspirant etiam Her. 751, 4 — 8 §. 87 et chor. 762, 10 — 14 §. 4; eadem leguntur 751, 8 — 753, 12 §. 87, 2 — 90, 1 et chor. 764, 7 — 765, 6 §. 5, 5 — 6 extr. Andocides quod furti neqne in se neque in alios admissi argui potest, inde fortasse repetendum, qnod et 6
quattuor illarum orationum, quae ad eum anctorem referuntur, sua cuiqne propria indoles est, ut ex altera in alteram quicquam ne potuerit quidem transferri; neqne superiorum oratorum, qui simile argumentum tractarunt, quicquam aetatem tulit. Lysias vero tantum abest ut qna lande ab Dionysio ornatur ea dignns sit, ut in orationem, quam Olympiade octava et nonagesima de bonis Aristophanis scriberet, prooemium transtulerit id, quo Andocides duodecim annis ante in oratione de mysteriis usus erat, quamquam cum hoc simultatem exercuisse videtur; eiusdem antem prooemii initium in oratione, quam adversus Niciam de deposito scripsit[31]), repetiverit, nisi, quod antiquiore Cratini usu probabile fit, ex commnni fonte uterque hausit[32]). Eundem non ab-

30) Cf. Spengel. p. 66. 31) Sequimur enim Ruhnkenii (Hist. cr. orat. Gr. p. 127.) iudicium ap. Clem. Alex. p. 748 pro *καὶ Νικίας ἐν τῷ πρὸς Λυσίαν ὑπὲρ καταθήκης* rescribentis *καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Νικίαν ὑπὲρ παρακαταθήκης*. Sitne hic idem Nicias, adversus quem complures orationes Lysias scripsit (cf. Lys. fragm. p. 26 R.) non definiamus. 32) Spengel. p. 108.

horruisse ab repetendis legitimis quasi dicendi formulis aliquot exemplis Taylorus evicit, quae etiam augeri non paucis possunt. Sed quod Isocrates (Aeginet. 15 p. 684 L. §. 31 p. 467 Bekk.) habet ὥςπερ τῶν χρημάτων ἀλλ' οὐκ ἐκείνου συγγενὴς οὖσα, neque dissimilia Lysias posuit in ὀρφανικοῖς (ap. Clem. A. p. 266. s. 748) καὶ φανερὸς γέγονεν οὐ τῶν σωμάτων συγγενὴς μὲν ἀλλὰ τῶν χρημάτων, alterum alteri debere Clemens narrat, uter debeat, non audet discernere; nobis hoc ad συνέμπτωσιν referendum videtur. Eodem referimus quod et Andocides (de pac. p. 91) dicit χρὴ τεκμηρίοις χρῆσθαι τοῖς πρότερον γενομένοις περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι neque dissimilia habent Isocrates (Archid. c. 26 p. 143 Bekk.) εἴπερ χρὴ περὶ τῶν μελλόντων τεκμαίρεσθαι τοῖς ἤδη γεγενημένοις et Paneg. §. 141. c. 39. δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμ., et Dinarchus c. Dem. p. 27 R. §. 33. τεκμ. τὰ μέλλοντα ἐκ τῶν γεγενημένων. Isaeus in orationibus de Apollodori et Cironis hereditatibus eadem clausula utitur, quam in suum quoque usum Demosthenes vertit orationibus adversus Leptinem, Nausimachum et Xenopithen et contra Cononem; illorum consensus tuebitur scripturam οὐδὲν ἀγνοεῖν, cuius loco μηδὲν in or. c. Con. libri aliquot habent; partem huius, verba περὶ μὲν οὖν τούτων οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ πλείω λέγειν, etiam Lysias habet (c. Theomn. p. 374 R.). Orationes Isaei de Menecli et Nicostrati heredd. etiam ipsae similem clausulam habent et ὧν ὑμεῖς μεμνημένοι τὰ δίκαια ψηφίζεσθε est etiam apud Lys. adv. Simon. p. 163. Quae Isaeus de tormentorum (βασάνων) fide testimoniis liberorum hominum praeferenda habet (de Ciron. h. §. 12. p. 202 R.), sententiam praeivit Isocrates Trapezitico (c. 27 p. 645 L. §. 54 Bekk.), verba repetivit Demosthenes (c. Onetor. 871, 21) nisi etiam haec ad Isaeum referenda, cum orationes, quas adversus tutores Demosthenes habuit, ab Isaeo scriptae ei dicantur. Aliud exemplum Isaei unum locum in duabus orationibus ponentis vide apud Schoemannum (Comm. ad Is. p. 391 sq.), qui quod idem orator de Pyrrh. h. §. 48 eadem sed in brevius contracta repetit, quae §. 45 sq. posita ampliora sunt, cum non sine vi et indignatione repetantur, recte ab reprehensione vindicavit (p. 255).

Demosthenes quod Isaeo, quo usus est dicendi magistro, tantum tribuit, ut eius sententias vel imitaretur vel suas

faceret[33]), non mirum; sed eundem Theo in Progymnasmatis auctor est in Midianam orationem *τά τε Λυκούργου ἐκ τῶν τῆς ὕβρεως λόγων καὶ τὰ Ἰσαίου ἐκ τῶν κατὰ Διοκλέους ὕβρεως μετενηνοχέναι*[34]), id quod nobis quidem in eam partem accipiendum videtur, ut ob argumenti eandem naturam Demosthenem sua sponte in multa et similia illis incidisse, surripuisse autem vel imitatione quaesita expressisse nihil arbitremur, et ut multum 7
largiamur, habuerit eas orationes in manibus cum contra Midiam scriberet, uti Midiana Plinio minori in manibus erat, cum de ultione Helvidii libellos suos scriberet[35]). Eadem ratione explicanda videtur similitudo verborum sententiarumque inter Midianam et Isocratis orationem c. Lochitam in *αἰκίας* iudicio habitam, cuius aliquot excitare exempla operae pretium est; itaque componantur Demostheuia p. 516, 25. 584, 18 cum Isocr. c. 13, §. 21, quibus iniuriarum et coutumeliae iudicia non ad eum qui affectus iniuria sit solum sed ad reliquos omnes pertincre dicitur; Dem. 537, 3 cum Isocr. c. 6 et 8, quibus locis de calamitatibus agitur, quae saepe ex verberibus ortae siut, maxime vero haec Isocr.: *Ἴσως Λοχίτης ἐπιχειρήσει μικρὸν ποιεῖν τὸ πρᾶγμα διασύρων τὴν κατηγορίαν καὶ λέγων ὡς οὐδὲν ἐκ τῶν πληγῶν κακὸν ἔπαθον, ἀλλὰ μείζους ποιοῦμαι τοὺς λόγους* cum Dem. *ὡς οὐ γεγενημένου πώποτ' οὐδενὸς ἐκ τῶν τοιούτων δεινοῦ τῷ λόγῳ τὸ πρᾶγμα ἐγὼ νῦν αἴρω καὶ φοβερὸν ποιῶ.* Isocr. *κατὰ μὲν τὸ τούτου μέρος ἅπαντα τὰ προειρημένα πέπρακται, διὰ δὲ τὴν τύχην καὶ τὸν τρόπον τὸν ἐμὸν οὐδὲν τῶν ἀνηκέστων συμβέβηκεν* cum Dem.: *καὶ ἐμαυτὸν μέν γε-σωφρόνως μᾶλλον δ' εὐτυχῶς οἶμαι βεβουλεῦσθαι ἀνασχόμενον τότε καὶ οὐδὲν ἀνήκεστον ἐξαχθέντα πρᾶξαι.* Isocr. *περὶ δὲ τῆς ὕβρεως* (sc. *τοσούτου τιμᾶν δεῖ*) *ὅσον ἀποτίσας ὁ φεύγων παύσασθαι μέλλει τῆς παρούσης ἀσελγείας. ἢν οὖν περιαίρητε τὰς οὐσίας τῶν νεανιευομένων εἰς τοὺς πολίτας* —. Dem. (564): *οὐδ' ὑπολαμβάνω τιμήσειν οὐδενὸς ἐλάττονος τούτῳ ἢ ὅσον καταθεὶς οὑτοσὶ παύσεται τῆς ὕβρεως.* (582):

---

33) Cf. praeter exempla iam allata Dem. c. Aphob. 813 et Is. de Cir. h. §. 5. Dem. c. Pantaen. 967. et Is. Cir. h. §. 4. 34) De his orationibus cf. quae diximus in libro de iudic. Athen. p. 419 sq. et Schoemann. ad Isaeum p. 399 sq. 35) Plin. ep. VII. 30.

οὐδὲν δεινὸν-πείσεται Μειδίας, ἂν — ἃ νῦν περιιόντ' αὐτὸν ὑβρίζειν ἐπαίρει περιαιρεθῇ. Hyperides cum in orationibus de Eubuli donationibus et adversus Diondam non pauca habeat communia sibi cum Demosthene, uter alterius plagiarius extiterit, Porphyrius (ap. Enseb. P. E. X. 3 p. 466 ed. Col.) non audet definire, quamquam propensus est in Hyperidem culpam conferre; sed Demosthenem, si mutuatus ab Hyperide sit, admirandum esse, qui tam apposite Hyperidis orationem correxisset; Hyperidem, si ab Demosthene sit mutuatus, vituperandum videri, qui pervertisset ea, quae ab hoc accepisset. Etiam in oratione c. Mantitheum in *αἰκίας* iudicio habita Hyperidi quaedam cum Demosthene (or. c. Mid.) communia sunt[36]. Idem vero princeps oratorum innumeris locis sua ipsius descripsit; ita ex Androtiana et plurima in Timocrateam (cf. Andr. 607, 24—610, 16. cum Timocr. 750, 1—752, 22. Andr. 613, 12—614, 12. cnm Tim. 753, 17—754, 17. Androt. 614, 27—615, 12. Tim. 755, 4—17. Andr. 615, 12—618, 11. Tim. 755, 19—758, 22) et unum locum in Aristocrateam (cf. Andr. 595, 14. Aristocr. 653, 17) transtulit, cuius sententia similis etiam in Midiana extat (526, 4); unus locus Leptineae (503, 27—504, 9) et Timocrateae (766, 17—27) communis; orationibus adv. Pantaenet. (983, 10—984, 10) et adv. Nausimach. et Xenopith. (990, 23—991, 21) argumentum de exceptione privatae transactionis commune est; utrinsque orationis idem est principium; commune utrinsque est 971, 27 coll. 985, 24. Quae c. Aphob. I. 827, 14—25. et 830, 22—831, 17 leguntnr, ea repetuntnr c. Aphob. III. 857, 22—858, 3 et 858, 13—859, 6. in orationibus adv. Boeot. de nomine (1001, 11—16) et de dote (1017, 10) idem repetitur argumentum. Nobilissimum autem exemplum repetitae in eadem oratione sententiae in Midiana extat (547, 8

36) Athen. VI, 267, a. [Theon. progymn. p. 155. ed. Walz. p. 63. ed. Sp. *ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Δημοσθένης πολλάκις ἑαυτὸν παραφράζει, οὐ μόνον τὰ ἐν ἄλλοις λόγοις αὐτῷ εἰρημένα ἀλλαχόσε μεταφέρων, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑνὶ λόγῳ πολλάκις φαίνεται ταὐτὰ μυριάκις εἰρηκώς· τῇ δὲ τῆς ἑρμηνείας ποικιλίᾳ λανθάνει τοὺς ἀκούοντας.* Synopsin repetitorum a Demosthene locorum proposuit Chr. G. Gersdorfus eundemque locum tractavit Westermannus in Quaest. Demosthen. spec. III.]

et 574, 11) quibus quidem locis verbis paene iisdem vita humana cum erani collatione comparatur[37]; minus memorabilia sunt 539, 21 coll. 566, 20. 546, 20 coll. 574, 23. Haec vituperationi esse non negamns; et erant qui qnod veteres aliquot critici eam orationem non expolitam et perfectam sed leviter adumbratam et qnod dicitur in commentariis relictam censuerunt, huc quoque 8
referrent. In Aeschinem utrumqne cadit, qui non solum sua saepissime repetivit[38], verum etiam aliorum plagiarinm se exhibuit; nam in oratione c. Ctesiphontem prooemio usus est non dissimili illo ab Andocidio in oratione de mysteriis; in oratione antem, qua suam legationem adversus Demosthenem defendit, longiorem locum de commodis civitati Athenarum ex pace ortis (p. 334 sqq. R.) de eiusdem Andocidis oratione de pace cum Lacedaemoniis facienda (p. 91) fere ad verba repetivit, nisi quod homo non indoctus quidem sed prave doctus quae ne ille quidem recte tradiderat quamqnam in brevius contracta aliqnot tamen erroribus auxit[39]; levius est qnod c. Tim. (p 178) argumento utitur eodem fere, quo auctor orationis c. Neaeram (Dem. p. 1382 sqq.) est nsns. — Dinarchum non solum Porphyrius l. c. multa dicit in orationem primam c. Cleomedontem *αἰκίας μετενηνοχέναι αὐτοῖς ὀνόμασιν ἐκ τοῦ Δημοσθένους κατὰ Κόνωνος αἰκίας*, sed unum locnm orationis c. Demosthenem (p. 15 R. §. 20 Be.) *τοῖς μὲν σώμασι μετὰ Ἀλεξάνδρου-ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δ' εὐνοίαις μετὰ Θηβαίων ἦσαν* Isocrati debuit, qui (Plataic. c. 8. §. 15. Bekk.) *τ. μ. σ. μετ' ἐκείνων ἀ. ἠ. τ. δ'. ε. μεθ' ὑμῶν ἦσαν* dixit[40], unum in or. c. Aristogitonem (p. 81 R. §. 9) ab

---

37) Sententia similis est c. Aristog. I. 776, 7 sqq. 38) Quae c. Tim. p. 29 R. leguntur de imperiis unius, paucorum et populi, repetuntur c. Ctesiph. p. 389; in Tim. p. 52 est *Ἀριστείδης ὁ τὴν ἀνόμοιον ἔχων ἐπωνυμίαν Τιμάρχῳ τουτωΐ, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος*. c. Ctes. 570 *Ἀ. δ' ὁ δ. ἐπικ. ὁ τ. ἀ. ἐ. ἐπωνυμίαν Δημοσθένει.* Leviora sunt quae c. Tim. 133. et de legat. p. 320, extr. de Demosthene dicendi magistro, quae Tim. 136 et de legat. 191 de reo in vita sua iudicumque de ipso persuasione maiorem fiduciam ponente quam accusationem metuente dicuntur; cf. etiam c. Tim. 135 et de legat. 345. 39) De hoc loco docte disseruerunt A. G. Beckerus et K. G. Kruegerus in libro, qui incribitur „Audokides übers. u. erläutert von A. G. Becker“ Quedlinb. 1832 8. (p. 229. sqq.) [Arn. Schaefer Demosthenes I. p .232.] 40) Cf. Ruhnken. ad Vellei. II, 23, 5.

Demosthene fortasse seu quicumque auctor est Demosthenicae orationis c. Aristog. (p. 789) mutuatus est, longiorem autem locum orationis c. Demosth. (p. 10 sq. §. 14) repetivit in or. c. Philocl. (p. 99 §. 17). Philinus[41]) prooemium, quo Demosthenes in oratione de falsa legatione est usus, in suum usum convertit.

Sed haec quidem hactenus; nam delibare pauca voluimus, omnia exsequi ne per chartae quidem nobis concessae spatium licet.

41) De hoc cf. Ruhnken. h. cr. or. Gr. p. 153 R.

XVII.

COMMENTATIO DE PLAUTI TRINUMMO.*)

Cum esset ei, qui haec commentatur, nec opinanti impositum, ut perscriberet intra paucissimos dies, quae aliquo modo 3
possent his scholarum tabulis prooemii loco esse, quod temporibus exclusus non potuit meditata proferre, indulgendum ratus est extemporali cuidam audaciae atque proferenda, quae satis habebit, si aequis iudicibus non plane temere effutita videbuntur, sed Subitorum sive Subito cogitatorum nomen recte possidere apparebunt; nam „Verisimilium" vel „Probabilium" inscriptionem ne ipse quidem adfectat. Pertinebunt autem ad unam Plauti Trinummum.

De huius fabulae aetate qui nuper luculenter commentatus est Fridericus Ritschelius (Indic. Scholar. Univ. Bonnens. 1843.), is egregie demonstravit quid commissum ab iis esset, quicumque ante se in hac quaestione essent versati, non vero demonstravit, certe nobis non demonstrasse videtur, quod ipse evidentissimum dicit argumentum ad tam ancipitem quaestionem prorsus dirimendam. Etenim cum in iis, quae iocabundus sycophanta ait IV. 2, 148. [v. 989.]

Enimvero sero quoniam huc advenis,
Vapulabis arbitratu meo et novorum aedilium,

qui dicuntur *novi aediles*, non alii possint intellegi quam qui recens munus capessiverint, magistratus autem inde ab a. 487 usque ad a. 600 Idibus Martiis aditos esse constet, recte hinc colligit Ritschelius, Trinummum neque Romanis ludis, qui Septembri, neque Plebeiis, qui Novembri mense facti sint, doceri potuisse, non recte autem hinc effici oportuisse Megalensibus scenae committi, quippe qui Aprili mense habiti sint, itaque uno tantum mense ab anni initio abfuerint, quia vero Megalenses anno demum 559 primum scenici facti sint, eam fabulam anno

*) [Praemissa Ind. scholarum aestiv. a. 1845.]

559 non posse priorem esse. Etenim plane tacuit de funebribus, quibus ludis etiam ipsis fabulas scimus editas esse, atque Trinummum eo probabilius est actam esse, quod sic tum tempus ludorum editorum statui licet vel propius et paucos tantum dies ab tempore aditi magistratus abfuisse, tum argumentum fabulae ad severitatem quandam morum et tristitiam compositae in funebres ludos magis convenit quam in Megalenses. Namque coercitionem in histriones ut sub imperatorum dominatu praetoribus, ita olim lege vetere aedilibus perpetuo, id est non in iis tantum ludis, quos ipsi ediderint, sed in omni tempore et loco permissam fuisse arbitramur (cf. Sueton. Aug. 46.)

4 Ne vero satis habere videamur, si ostenderimus, quid in coniectura speciosa displiceat et cur eo loco in hac de anno Trinummi quaestione non utendum putemus, quo usus sit Ritschelius, age alium indicemus locum, quo maxime utendum arbitramur, ut non quidem annum, nedum mensem aut ipsos ludos, sed tempus quoddam fabulae editae discamus. Extat is III., 2, 69 [v. 695], ubi Lesbonico sororem in matrimonium sine dote dare propterea recusanti ne hinc detrimentum capiat honoris, respondet Lysiteles:

Quid te dictatorem censes fore, si abs te agrum acceperim?

Id frigeret vehementer, si esset multum post annum 552 a. U. scriptum; nam post eum annum non amplius ad dictaturam descensum est, donec Sulla iniustum novumque dominatum eo nomine celaret. Peropportunum autem et lepidum est, ubi vel hoc anno vel paullo ante est dictum; dictatorem enim Roma habuit Plauti quidem aetate annis 537 (Liv. XXII, 8), 538 (Id. XXIII, 22), 541 (Id. XXV, 2.), 544 (Id. XXVII. 5.), 546 (ib., 32.), 547 (Id. XXVIII, 10. XXX, 27), 548 (Id. XXX, 23), 551 (Id. XXX, 24. 26) et 552 (Id. XXX, 39). Trinummus igitur commissa est scenae ludis funebribus post annum 542, quo de Campanis supplicium est sumptum atrocissimum, ad quod versus II, 4. 142 spectant, et ante annum 553; inclinat autem animus, ut non infra annum 548. a. U. descendendum arbitremur.

Atque haec de tempore Trinummi hactenus. In ipsis verbis fabulae ad suam integritatem revocandis multum ut olim praeclara Godofredi Hermanni opera, ita, ut alios taceam, nuper prae-

stitit egregia Friderici Ritschelii disputatio, cuius qui ante aliquot menses editus est „Atheteseon Plautinarum liber primus" in una Trinummo ab interpolationibus liberanda continetur. Verum ne his quidem propositum erat illa cum pulvisculo everrere, atque supersunt sordes, in quibus eluendis aliorum hodieque exerceatur industria, id quod e re erit paucis cuiusvis generis comprobare exemplis. Namque primum prava interpunctione aliquotiens damnum fecit fabula nondum compensatum et restitutum. Sic quod I, 2, 89, 90 [v. 124.] legitur. Me. *Emistin' de adulescente has aedes, quid taces, Ubi nunc tute habitas?* Ca. *Emi, atque argentum dedi, Minas quadraginta adulescenti ipsi in manum.* Me. *Dedisti argentum?* Ca. *Factum, neque facti piget*, vix verum est, immo rescribendum: *Minas quadraginta.* Me. *Adulescenti ipsi in manum Dedisti argentum?* — In fine eiusdem scenae v. 180 sqq. [217.] extat: *Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas, Unde quidque auditum dicant, nisi id appareat, Famigeratori res sit cum damno et malo. Hoc ita si fiat, publico fiat bono*, in hoc prior sententia ineptam habet apodosin, id quod removeris, ubi sic rescripseris: *dicant, et, ni id appareat, famigeratori res sit cum damno et malo, hoc ita si fiat, publico fiat bono.* — III, 2, 9, sq. [v. 635.] cum librorum scriptura sit: Lys. *Tuae rei bene consulere cupio.* Les. *Tu mihi es melior, quam egomet mihi? Sat sapio, satis in rem quae sint meam, ego conspicio mihi.*, Hermannus: *Melior tu es quam egomet mihi,* Lindemannus vero: *Tu mi es melior quam ego mihi* rescripsit neque sine ratione a poeta dicit hic repetitum videri illud „mihi;" quae autem ea sit ratio, tacet. At vero Lesbonicus arrogantius dixisset. Ut consulamus hominis modestiae, rescribe: *Tu mi es melior quam ego? Mihi Sat sapio, satis etc.* — III, 2, 72 [v. 698.] sq. scribitur: *Scio equidem te, animatus ut sis; vi-* 5
deo, subolet, sentio. Id agis, distinguendum est autem: — *ut sis. Video, subolet, sentio, Id agis.* — Ibid. 94 [v. 718.] sqq. est: *quid ego nunc agam, Nisi ut sarcinam constringam, clupeum ad dorsum accommodem, Fulmentas iubeam suppingi soccis; non sisti potest. Video caculam militarem me futurum haud longius*, ubi distinguendum est: *soccis. Non sisti potest, Video caculam.* — In III, 3, 3. [v. 731.], ubi est: Call. *Nam-*

que hercle honeste fieri ferme non potest, Ut eam perpetiar ire in matrimonium Sine dote, quom eius rem penes me habeam domi. Me. *Parata dos domist, nisi exspectare vis. Ut eam sine dote frater nuptum collocet, Post adeas tute Philtonem et dotem dare Te ei dicas*, frustra laborarunt interpretes in explicandis verbis „parata dos domist," atque erant, qui „paranda" rescriberent. Immo scribe et distingue: *quom eius rem penes me habeam domi, Parata dos domi sit.* Me. *Nisi expectare etc.* — Legitur IV, 2, 83 [v. 929.]: *Quis homo est me insipientior, qui ipse egomet, ubi sim, quaeritem.* Ibid. 92 [v. 936.]: *Sed ego sum insipientior, Qui egomet, unde redeam, hunc rogitem.* Ibid. 110 [v. 950.] sq.: *Quid ais tu nunc? si forte ipsum Charmidem conspexeris — Noverisne hominem.* Distinguendum est autem: *qui, ipse egomet ubi sim, quaeritem*; in altero loco: *qui, egomet unde redeam, hunc rogitem*, in tertio: *Quid ais tu? Nunc si forte.*

Verum illa fortasse leviora videbuntur. Graviora quaedam vitia possunt una et altera litterula mutata tolli. Nam IV, 2, 72 [v. 915.] Charmides, postquam sycophanta recommentus est ei, a quo accepisse se simulet epistolas, nomen esse, cui C. littera principium sit, recte ex eo quaerit, sitne id nomen Callias, an Callippus, an Callidemides, an Callinicus, non recte quaerit, sitne „*Callimarchus*"; nam id plane nihili est. Sed scribendum est: „*Calliarchus*," quod probe Atticum est nomen fuitque, ut hoc utar exemplo, praetori anni Ol. 119, 4. — In IV, 2, 77. [v. 922.], ubi libri Pall. hoc praebent: Sy. *Ad hoc exemplum est.* Ch. *an Chares? an Charmides? num Charmides?* illic igitur recte et Palmerius post „est" interposuit „*Char*," et Hermannus „an" ante „Chares" sustulit; sed cum duplex nomen Charmides ferri nequeat, prioris loco Acidalius *Charidemus*, Bothius eumque secutus Goellerus *Charmadas* substitnit, quorum hoc nihili est, illud nimis ab vestigiis librorum recedit. Nobis *Charmylus* placet, quod, ut rarius, poterat eo promptius abire in notum Charmidis nomen. Innotuit id nomen nuper ex titulis Rhodiorum et Coorum (cf. *Ross Inscrr. Ined.* III, 274. 306). — III, 3, 72 [v. 800.] Megaronides dicit: *Uxorem quoque etiam ipsam hanc rem ut celes face; Nam pol tacere numquam quicquamst, quod queat.* Nae illud edepol est in unam

uxorem Calliclis conferre culpam, quae communis est sexui; ut hac rusticitate Megaronidem liberemus, rescripserimus *queant.* — IV, 2, 160 [v. 1002.] malumus: *Nam epistolae illae mihi concenturiant metum*, nam de duabus agitur epistolis, item IV, 3, 39. [v. 1046.] *Non hoc publice animum advorti.* „Dass das nicht von Staats wegen bestraft wird." In libris est *epistola illa — concenturiat* et *Nonne hoc.*

Aliud est vitiorum genus, quod sanari possit transpositionibus. Id quattuor exemplis illustrabimus. Eorum unum pertinet ad III, 3, 62. [v. 788.] sqq. *Sed epistolas quando obsignatas afferet, Si quidem obsignatas attulerit epistolas, Nonne arbitraris tum adulescentem anuli Paterni signum novisse?* Hic alterum versum iis laborare difficultatibus, ut locum suum tueri nullo modo possit, luculenter evicit Ritschelius (Athetes. p. 20. Parerg. I. p. 536.), sed quod eundem tamquam spurium abiiciendum censuit, paullo audacius est factum. Etenim idem versus, qui quo nunc extat loco, ferri nequit, paucis versibus 6 post vehementer desideratur. Illi enim Charmidis dubitationi sic respondet Megaronides. *Etiam tu taces? Sexcentae ad eam rem caussae possunt colligi, Illum, quem habuit, perdidit, alium post fecit novum. Iam si obsignatas non feret, dici hoc potest, Apud portitorem eas resignatas sibi inspectasque esse.* Apparet aliquid hic deesse, quod et oppositum sit illis *Iam si obsignatas non feret* et pertineat ad haec *Illum, quem habuit, perdidit — novum.* Itaque rescribendum videtur:

v. 63. *Sexcentae ad eam rem caussae possunt colligi,*
Illum, quem habuit, perdidit, alium post fecit novum,
Si quidem obsignatas attulerit epistolas.
Iam si obsignatas non feret, dici hoc potest,
Apud portitores eas resignatas sibi
Inspectasque esse.

Ita enim scribendum videtur, cum *portitores* extet et infra v. 810. *Lepida est illa caussa, ut commemoravi, dicere, Apud portitores esse inspectas* et apud Terentium in Phorm. I. 2, 100. *Sed epistolam ab eo adlatam esse audivi modo et ad portitores esse delatam.* Credibile est enim portorium quidem singulis quoque portitoribus solvi licuisse, unde infra

IV, 4, 15 [v. 1107.] dicitur *Solutumst portitori iam portorium* et in Asin. I, 3, 7. *Ego pol istum portitorem privabo portorio*, epistolas vero non esse nisi ad portitores plures delatas et a portitoribus inspectas. Lepidus est Taubmannns, qui ex hoc, de quo agitur, loco apparere contendit litteras peregre latas portitoribus esse commissas, nt pote qui eas deinde curarent omnibns noti. Non id arbitrarer notandum, nisi transisset in libros nndins tertius editos, etsi iam diu est cnm Petri Burmanni doctus de vectigalibus pop. Rom. commentarins rectam rei rationem satis aperuit (p. 57). Portitoribus enim, qno nomine publicanos portorii redemptores aliqnando appellatos esse Asconius fidem facit, in omnibus autem scriptoribus, qnotqnot quidem aetatem tulerunt, eius vectigalis exactores, id est non pnblicani, sed publicanorum operae dicuntur, atqne hoc quidem loco πεντηκοστολόγοι significantur, qui in Piraeeo quinqnagesimam exigebant (cf. Boeckh. Oec. Civ. Athen. I. 336. sqq.), portitoribus igitur ne qni ad fraudandum vectigal aut inscriptum clam e portu exportarent aut scriptarum et vectigali obnoxiarum rerum iusto minus pretium profiterentur, excutere et sciscitari licebat omnia neque sarcinas tantum sed etiam litteras qnalescumqne aperire, nnde factum est, nt in quemvis importunum investigatorem et scrntatorem contnmeliae canssa „portitoris" nomen iaceretur, veluti in Plauti Men. I, 2, 6. *Portitorem mihi domum duxi: Ita omnem mihi rem necesse loqui est, quidquid egi atque ago.* Docet hic quoque locus enarrationem Plauti hodieque fere eodem esse gradn, in quo Tanbmanni diligentia fnerit collocata, eique aliquanto etiam magis quam verbis ad criticas regulas rcvocandis defuisse emendatores et correctores. Idem apparebit tibi, ubi, nt hoc utamur, contuleris, quae in versum IV, 2, 16 [v. 858.] ad verba sycophantae *Ipsa ornamenta a chorago haec sumpsit suo periculo* (sc. Megaronides) explicanda nuperus commentatus est editor repetiitque etiam in editione „multum emendata," quae pancis abhinc mensibus venit ad auras. *Tum qui histriones conducebant pecunia sua et instruebant, choragi dicebantur. Erant etiam choragi praefecti apparatus scenici, unde choragium locus post scenam,*
7 *ubi omnia ad ludos necessaria asservabantur, die Garderobe.* Neqne enim choragi nomen nmqnam apud Romanos, nedum apud

Graecos aut in eos, a quibus histriones conducebantur, aut in praefectos apparatus scenici conveniebat. Immo apud Romanos — nam de Graecorum consuetudine hic non agitur — is videtur choragus dictus esse, qui accepta mercedula ornamenta, id est vestes et quaecumque ad vestitum pertinebant, ea quidem lege locabat, ut sibi redderentur, ubi iis non esset amplius opus, non redditarum autem vestium pretium solveretur. Eius opera utebantur imprimis pauperiores homines, ditiores tum demum, ubi aliquem ex miseris famelicis ad sua ministeria conducebant; illi ditiores tum etiam cavebant chorago de restituendis ornamentis; metuebat enim hic, ne a paupere nebulone circumveniretur et ornamentis locatis destitueretur. Sic in Plauti Curculione choragus ipse, cuius ornamentis ornatus est nugator similis ei, qui in Trinummo sycophantias struit, ille igitur IV, 1 profitetur: *ornamenta, quae locavi, metuo ut possim recipere, quamquam cum isto mihi negoti nihil est, ipsi Phaedromo credidi, tamen asservabo.* Choragi opera usos nonnumquam etiam aediles esse ad histriones exornandos colligas ex Plauti Pers. I, 3, 79. Sa. *πόθεν ornamenta?* Tox. *Tu abs chorago sumito, Dare debet, praebenda aediles locaverunt,* quamquam possunt haec festive potius quam serio esse dicta. Verum indidem explicanda est notissimorum versuum amaritudo, quibus notabatur coena secretior Augusti, in qua Deorum Dearumque habitu discubuisse convivae ferebantur: *Quum primum istorum conduxit mensa choragum, Sexque deos vidit Mallia sexque deas.* Sic enim illis convivis non solum contaminatae et pollutae religiones, sed conductus etiam vestitus exprobratur, qualis in plebeios tantum homines cadebat. — Neque vero „choragium" id unum erat, quod dicitur fuisse; immo quamquam Graecis χορηγεῖον s. χορήγιον is dicebatur locus, in quo et choreutae docebantur et omnis erat choragi apparatus (cf. Athen. X, 456, f. XII, 456, a. Phrynich. P. S. in Bekk. An. I, 72, 18. Poll. IX, 42. IV, 106. Hesych. s. v.), apud Romanos tamen choragium omnis ornatus vestitusque vocabatur, qui ut funebris, ut nuptiarum, ita etiam scenicus poterat esse, sed scenicus addito verbo significandus erat, id quod fit, ut his utamur exemplis, in Plauti Capt. Prolog. 61. *Nam hoc paene iniquum est, comico choragio conari de subito agere nos tra-*

goediam et in Apulei. Apolog. p. 282, 1. *thymelicum choragium;* nam sua sponte nihil ei voci inest, cur de scenico potius quam de alio apparatu dicatur. De choragiis autem post scenam constitutis, de quibus Vitruvius V, 9 disserit, tacere nunc praestat, ne abuti exspatiandi libertate videamur. — Supersunt in Trinummo etiam alii loci, quorum explicatio non huic convenit litterarum luci, qua gloriari solemus, veluti II, 4, 69, ubi agitur de populari coena.

Sed redeundum est, unde digressi sumus, et afferendum alterum exemplum corruptelae transpositione sanandae. Extat illud IV, 2, 95 [939.] sqq. Quae enim illic leguntur, non suo esse loco apparebit reputantibus, primum Charmidis et sycophantae sermonem non oportuisse post tantum, tam diuturnum de nomine, quo sit sycophanta, colloquium inter eos iam vi 42 sqq. institutum, eo versuum intervallo ad eandem de nomine quaestionem sic redire, ut ne verbo quidem significetur, eo redire, sed facile credas rem plane integram esse eamque nunc primum commemorari; dein interrumpi illo sermone iustum ordinem rerum illic enarratarum; nam et quae ante v. 95 extant et quae post 8 v. 97 leguntur, utraque pertinent ad iter a sycophanta confectum. Quare videndum est, sintne vv. 95—97 ante v. 47 [v. 883.] collocandi in hunc modum. *Agedum nomen memora tuum primum mihi.* Sy. *Magnum facinus incipissis petere.* Ch. *Quid ita?* Sy. *Quia, pater, Ante lucem si ire occipias a meo primo nomine, Concubium sit noctis, priusquam ad postremum perveneris.* Ch. *Opus facto et viatico ad tuum nomen, ut tu praedicas.* Sy. *Est minusculum alterum, quasi vasculum vinarium* Ch. *Quid*[1] *illud est nomen, adulescens?* Sy. *Pax, id est nomen mihi, Hoc cotidianumst.* Ch. *Edepol nomen nugatorium, Quasi dicas, si quid crediderim tibi, Pax periisse ilico, Hic homo solide sycophanta est.*

Tertium exemplum extat in Lysitelis oratione III, 2, 34, [v. 660.], quae nunc ita comparata est, ut primum versui 39, verbis „*Pernovi equidem imperitum, Lesbonice, tuum ingenium admodum*“[2] iunctura desit, dein ut cohaerentiae sermonis offi-

1) Ita de coniectura scripsimus; in libris est: *quid tibi est nomen.*
2) *Admodum* hic coniungendum est cum *imperitum* neque vero cum *pernovi.* Ceterum certa versus ratio nobis nondum constat.

ciatur; nam versus 39 — 47, quibus tum Lesbonici proxime praegressae orationi respondetur, tum excusatur Lesbonicus vel potius ea quae egerat, male interpositi sunt inter vv. 34 — 38 et 48 — 52, quorum utrisque idem est consilium, ut moneant Lesbonicum de iis, quae impendeant ipsi, si facere pergat, quae conatus sit. Itaque transponendi sunt versus in hunc modum vv. 39 — 44. 46. 45. 34 — 38. 48. „*Pernovi equidem imperitum, Lesbonice, tuum ingenium admodnm, Scio te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi Pectus obscurasse, atque ipse teneo amoris omnis vias. Ita est amor, ballista ut iacitur; nihil sic celere est neque volat, Atque is mores hominum moros et morosos efficit. Minus placet, magis quod suadetur; quod non suadetur, placet. Ille, qui aspellit, is compellit, ille qui consuadet, vetat. Quom inopia est, cupias; quando eius copia est, tum non velis. Insanumst et malum in hospitium devorti ad Cupidinem. At meam operam sic perire et haec te corde spernere, perpeti nequeo; simul me piget parum pudere te. Et postremo nisi me auscultas atque hoc, ut dico, facis, Tute pone te latebis facile; ne inveniat te honos. In occulto iacebis, quom te maxume clarum voles. Sed te moneo hoc etiam atque etiam ut reputes, quid facere expetas etc.*

Quartum exemplum extat IV, 3, 43. Nam versus: *Hoc qui in mentem venerit mihi, reipsa modo commonitus sum ponendus* est ante v. 48., ut cum eo cohaereant verba Stasimi *Nam ego talentum mutuum quoi dederam;* alioquin *nam* non haberet, quo posset referri.

Superest quartum vitiorum genus, quod in lacunis constat. Huius duo afferamus exempla, quorum unum apparet ex IV, 2, 78, [v. 923.] Sy. — '*Qui istum di perdant.* Ch. *Dixi ego* **iamdudum** *tibi, Bene te potius dicere aequomst homini amico quam male.* Cum enim in iis, quae extant, nihil illis simile ab Charmide dicatur, intercidisse aliquid videtur, quo id spectare possit. Alterum exemplum est post III, 2, 98 [724]. Nam hic unus et alter versus desideratur, qui transitum muniat in v. 99. Sed haec accuratius persequi nunc non vacamus.

XVIII.

DE LYCURGO IN PLAUTI BACCHIDIBUS COMMENTARIOLUM.*)

3 Cum nuper in familiari interpretatione Bacchidum Plauti ad eum locum perveniremus, quo Lydus paedagogus Pistoclerum adolescentulum, suae disciplinae nuper alumnum, opulentum, quod Bacchide meretrice Attica rogante modo opsonaverat, opsonium ferentem offendisse et his verbis increpuisse dicitur,

Iam dúdum, Pistoclére, tacitus té sequor,
Inspéctans (?), quas tu rés hoc ornatú geras.
Namque ita me dí ament, út Lycurgus mihí quidem
Vidétur posse hic ád nequitiam addúcier

(I, 2.), vidimus ea de re in diversas partes discessum esse, Lycurgi nomine quisnam significetur. Nam Nissenus[1]) quidem locum ad oratorem Atticum retulit, Taubmannus autem ad Spartiatam illustrem, „qui apud Lacedaemonios continentissimus et severissimus legislator fuerit." Atque hoc etiam Schneidewino nostro placuit, qui in illius scenae enarratione[2]) haec scripsit: nunc cum vel severissimum quemque et rigidissimum talibus deliciis ad nequitiam perduci posse significari vellet, neminem aptiorem poterat eligere Lycurgo Spartiata, quem adolescentulo tanquam perfectissimam prisci rigoris et abstinentiae speciem monstrare consuevisset. Multa saecula post eadem Lycurgi memoria similiter usurpata apud Ammian. Marcell. XXX. 39. *Lycurgos invenisse se praedicabat et Cassios columina iustitiae priscae.*" Itaque cum nobis Nissenus verum intellexisse videretur, nullum autem ab eo allatum esset argumentum, quo sententiam tueretur, non ab re fore visum est, id apud vos, cives, hac scribendi opportunitate oblata breviter comprobare. Initium autem faciamus ab Ammiani quo Schneidewinus utitur loco; Valentinianus igitur princeps illic dicitur „*iudices nunquam consulto malignos elegisse, sed si semel promotos agere didicit immaniter, Lycurgos invenisse se praedicabat et Cassios c. i. pr.*" et cum illo loco componamus simillimum quendam, qui est XXII, 9. „*Verum ille iudicibus Cassiis tristior et Lycurgis.*"

*) [Praemissum Ind. schol. hiem. a. 1852/53.] 1) De Lycurg. orator. vit. p. 27. 2) Mus. Rhenan. 1843. T. 2. p. 415. sqq.

Utrobique vero Cassii nomine L. Cassius Longinus significatur,
qui a. U. 617. a. Chr. 137, tribunus plebis fuit, praetor autem
cum esset, magna severitate effecit, ut ipsius tribunal „scopulus reorum" diceretur [3]; eum cum „populus Romanus verissimum
et sapientissimum iudicem putabat", tum „quaesitorem ac iudicem fugiebant atque horrebant ii, quibus periculum creabatur,
ideo quod tametsi veritatis erat amicus, tamen natura non tam
propensus ad misericordiam, quam implacatus (?) ad severitatem
videbatur" [4]), ea ipsa autem tristitia et severitate, non ut alii,
liberalitate, popularis factus erat [5]); eadem illa in iudicando severitas ita in proverbium abiit, ut et Ciceronis et insequentibus
temporibus „Cassiani iudices" dicerentur [6]), si qui se in iudiciis
acriores praeberent. Cum illo qui ab Ammiano componitur Lycurgus, eo minus probabile est Spartiatam dici, quod ne de iudiciis
quidem ab hoc exercitis, nedum de tristitia et severitate ab eo
in iudiciis exercendis praestita aut Plutarchus perscripsit, aut
alius quisquam, quod sciamus, tradidit. At Lycurgus orator
Atticus in pravis hominibus coerendis et eam severitatem ostendit, ut tum rogationes in illos ferret, quae non atramento viderentur sed sanguine esse scriptae [7]), tum in accusando et in
litibus aestimandis summa adversus eos acerbitate uteretur [8]), id 4
quod nescientem vel una, quae aetatem tulit, Lycurgi contra
Leocratem oratio docere potest, et eam diligentiam praestitit, ut
ex XV. orationibus, quas ad eum auctorem relatas esse sciamus,
novem accusator habuerit κατὰ Ἀριστογείτονος, κατ' Αὐτολύκου, κατὰ Δημάδου, κατὰ Ἰσχυρίου, κατὰ Λεωκράτους, κατὰ
Λυκόφρονος ά et β', κατὰ Μενεσαίχμου, praeter illos autem
etiam Diphilum atque alios multos accusaverit, nullius autem
memoria extet, quem reum defenderit, pro quo causam dixerit.
Quo saepius autem utriusque sermonis scriptoribus accusator „κρί-

3) Valer. Max. 3, 7, 9. 4) Cic. pro Rosc. Amer. 30. 5) Cic. Brut. 25. 6) Cf. Cic. pro Rosc. 30. in Verr. 3, 60. 7) Pseud.-Plut. T. XII. p. 251. *Hutt.* Phot. ἐπιστεύθη δὲ καὶ τοῦ ἄστεος τὴν ἐπιμέλειαν καὶ μὴν καὶ τῶν κακούργων τὴν ἀνεύρεσίν τε καὶ σύλληψιν, καὶ οὕτως ἐκάθηρε τὴν πόλιν τῶν κακούργων, ἐξελάσας ἅπαντας, ὡς καὶ παρ' ἐνίοις τῶν σοφιστῶν λέγεσθαι, ὅτι μὴ μέλανι Λυκοῦργος ἀλλὰ τῷ θανάτῳ χρίων τὸν κάλαμον τὰ κατὰ τῶν πονηρῶν ψηφίσματα ἔγραψεν. Cf. *Meier* comment. de vit. Lycurg. p. XXXI. sqq. 8) Diodor. 16, 88. πικρότατος ἦν ἐν τοῖς λόγοις.

νειν, *ἀτιμοῦν*, condemnare" dicitur, quippe qui accusatione faciat, ut condemnetur reus, eo minus poterat Ammianus dubitare Cassii *iudicis* cum Lycurgi *accusatoris* acerbitate componere, quam apud Romanos quoque in proverbium abiisse quodammodo iam Cicero demonstrat (ad. Attic. 1, 13.): *„nosmet ipsi, qui Lycurgei a principio fuissemus, quotidie demitigamur"*, in quem locum et alii et Wielandus monet non esse de Spartano sed de claro Attico oratore cogitandum „der sich, sagt man, den Bösen als Ankläger so furchtbar machte, dass sein Name zum Sprüchwort wurde." Ammiani igitur locus si quidquam ex eo colligi liceret in Plauti verba, de quibus nunc agitur, tantum abesset, ut id efficeret quod Schneidewinus vult, ut ea quoque probaret in oratorem Atticum esse referenda. Verum dissimillima sunt utraque; nam Ammiani verba ad iudicis vel accusatoris acerbitatem, Plauti ad vitae tristitiam rigoremque spectant. Itaque alio modo adoriendum. Etenim etsi de Lycurgi Spartiatae vita fere nihil certi constat, et quae de eo traduntur, fabulosa sunt pleraque; attamen eum non nimia fuisse duritia, sed ut fuerit severitas eius lenitate temperata et clementia[9]), ita etiam frontem non semper contraxisse verum aliquando remisisse et genio indulsisse Sosibius[10]) memoriae mandavit. Prisci igitur rigoris neque praebuit ille perfectissimam speciem, atque Lydus paedagogus Attico puero debebat domestica potius exempla quam peregrina imitanda proponere. Orator autem Atticus ut accusator aliorum acerbus, ita in semet ipsum quam durus ab victu cultuque fuerit iam illud satis est documento, quod ditior cum esset, una tamen eademque veste et hieme et aestate usus et plerumque discalciatus fuisse dicitur.[11]) Atque ea Lycurgi oratoris laus tum, cum Menandri fabula *Δὶς ἐξαπατῶν* doceretur, ex qua Plauti Bacchides redditas esse coniectura et ingeniosa et perquam probabili consecutus est Ritschelius[12]) noster, ita recens erat, ut eam oporteret tum vel minus eruditis Atheniensium notissimam esse; nam cum Lycurgus brevi ante Olymp. 113, 3.,

9) Plut Lyc. 28. 10) Plutarch. Lycurg. 25. *Οὐδὲ αὐτὸς ἦν ἀκράτως αὐστηρὸς ὁ Λυκοῦργος, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ Γέλωτος ἀγαλμάτιον ἐκεῖνον ἱδρύσασθαι Σωσίβιος ἱστορεῖ, τὴν παιδιὰν ὥςπερ ἥδυμα τοῦ πόνου καὶ τῆς διαίτης ἐμβαλόντα κατὰ καιρὸν εἰς τὰ συμπόσια.* 11) Pseudo-Plutarch. X. Oratt. p. 253 Hutt. *Meier* de vit. Lycurg. p. XLIX. sqq. 12) Parerg. Plaut. p. 405. sqq.

Menander autem Olymp. 122, 1. a. Chr. 291 decesserint, si hic vel novissimis vitae diebus *Δὶς ἐξαπατῶντα* docuerit, non possunt tamen, ut plurimum largiamur, inter obitum Lycurgi et editam fabulam amplius XXXIV. anni interesse, quod spatium fieri potest ut etiam aliquanto minus fuerit, si quidem Menander iam Olymp. 114, 4. fabulas docere coepit, neque causae quidquam est, cur illam comoediam magis in exitu vitae quam aliquot annis prius editam esse statuas.

At dubitaveris forsitan, num Plauto, qui centum fere annis post Menandrum obiit (a. Chr. 184), num Romanis spectatoribus, quibus Plautus scripsit, orator Atticus ita fuerit notus, ut hic illis quoque potuerit rigoris et continentiae exemplum videri atque certe huius famam ad exteros minus late patuisse et minus diu perdurasse opinere quam Spartani legumlatoris laudem. Verum nos quidem non tantum nobis arrogamus, ut qui fines fuerint eruditionis Plauti aut aequalium Romanorum et quid de Graecarum rerum memoria illis constiterit, quid non constiterit, circumscribere audeamus. Quamquam non male statuisse videtur Rostius[13]; qui Romanis illius aetatis „rerum ante Plautum gestarum memoriam satis exiguam fuisse“ vult et quae Plautus extra Romanum imperium olim eventa commemoret, Graecis poëtis, quos imitatus sit, sublegisse“ existimat. Itaque Lycurgi memoriam apud Meandrum repertam quemnam in modum Plautus eiusque aequales intellexerint, ut inutile ad quaerendum, ita difficile est ad diiudicandum; de suo autem Spartani Lycurgi memoriam eo minus credibile est Plautum adiecisse, quo proclivius erat aptum Romanum quam non aptum Graecum nomen interponere.

Accedit, quo res conficitur paene, quod palliata Romanorum comoedia plane atticissabat. Hinc plerumque Athenis res gestae esse fingebantur; unde in Prologo[14]) Menaechmorum spectatores dedita opera docentur argumentum non atticissare sed sicilicissare; ex XX. fabulis Plauti, quae aetatem tulerunt, XII Athenis res factas esse simulant, Asinaria (cf. 2, 4, 85.) Aulularia, Bacchides, Casina, Epidicus, Mercator, Mostellaria, Persa, Pseudolus, Stichus, Trinummus, Truculentus; in Milite Glorioso Ephesi, in

13) Opuscul. Plaut. I, p. 17 sqq. 14) *Atque hoc poetae faciunt in comoedia, Omneis res gestas esse Athenis autumant, Quo illud vobis Graecum videatur magis.*

Rudente ad Cyrenes urbem res agitur, ut in utraque personae quae agunt, certe primores, Atticae sunt, ut illic Philocomasium meretrix, atque adolescens qui eam deperit Pleusides, et servus Palaestrio, hic Daemones senex, Pleusidippus adolescens, Palaestra mulier; restant Amphitruo, in qua Thebis, Captivi et Poenulus, in quibus Calydone, Cistellaria, in qua Sicyone, Curculio, in qua Epidauri (2, 3, 62.) non procul ab Aesculapii fano (1, 1, 14.), Menaechmi, in qua Epidamni scena fingitur esse, at ne in his quidem mores quidam illarum civitatum proprii referuntur sed Attici aut Atticorum simillimi. Hinc ex fictis narrationibus de diis et heroibus, quas Plautus bene multas vel commemorat vel apertius aut tectius significat, nulla est fere quin ab Atticis poetis, tragicis imprimis, tractata iam sit, nisi quod nonnullae a Plauto risus captandi causa hic illic immutatae sunt. Satis habemus attulisse ex Bacchidibus arietem Phrixi (Bacch. 2, 3, 7.), Linum Herculis et Phoenicem Achillis magistros (ib. 1, 2, 47.), Bellerophontem (ib. 4, 7, 12.), Pergamum ab Atridis subactum (ib. 4, 9, 1—54.), ex Captivis Alcmaeonis Orestae et Lycurgi insaniam (Capt. 3, 4, 30.), ex Epidico Peliam a Medea concoctum (Epid. 3, 2, 80.), ex Menaechmis Hecubam (5, 1, 14.) Parthaonem et Calchantem (ib. 45.), ex Mercatore (2, 4, 1.) Pentheum a Bacchabus direptum, ex Poenulo (1, 3, 35.) Oedipum coniectorem, ex Pseudolo (1, 2, 59.) regem Iasionem et (4, 8, 7.) dolum Troianum, ex Rudente Thyestam et Tereum (Rud. 2, 6, 25.), Philomelam atque Procnen (ib. 3, 1, 12.), ex Sticho Penelopam (1, 1.) et Talthybium (ib. 2, 1, 33.). De tragoediis nominatim proferuntur Alcumena Euripidi (Rud. 1, 1.) et Achilles Aristarchi (Poenul. Prolog.), quem Tegeatam et Euripidi aequalem fuisse, tragoedias autem LXX. scripsisse Suidas testatur: eius Achillem Ennius quidem latine vertit, at neque constat haec num ante Poenulum fuerit scenae commissa atque credibile est Plautum non ad latinam tragoediam respexisse sed repetiisse, quod in Graeca comoedia reppererit. Idem valet in Curcul. 5, 1.: „*Antiquom poétam audivi scrípsisse in tragoedia, múlieres duás peiores ésse quam unam*"; similiter quod est in Bacch. 4, 8, 70. „*plura ex me aúdiet hodié mala, Quam audivit umquam Clinia ex Demétrio*", non ad Plauti vel alius poetae latinam sed ad graecam quandam

comoediam referimus, in qua Clinias adolescens ab Demetrio patre graviter obiurgabatur.

Hinc ubi mores non Romanos sed Graecos expressit poeta, sunt illi Attici; sic in Bacchidibus (3, 3, 17. sqq.) quae disciplina traditur, plane Attica est, et in Mercatore 1, 1, 67. luculenta extat Panathenaeorum magnorum et pepli in arcem delati significatio. Denique si qui Graeci homines vel respiciuntur vel etiam accuratius commemorantur, sunt aut Attici, veluti Solon 6 (Asin. 3, 3, 10.), Socrates (Pseudul. I, 5, 50.), aut Atticis noti, ut Thales Milesius, qui a Plauto ter tamquam sapientissimi hominis exemplum ponitur (Bacchid. 1, 2, 14. Capt. 2, 3, 24. Rud. 4, 3, 74.), ut reges Philippus, Alexander Magnus, Agathocles, Seleucus et qui utrique et Philippo et Alexandro quaestor fuit, Stratonicus, cuius divitiae apud Graecos non aliter atque Crassi apud Romanos in proverbium abierunt (Aulul. 1, 2, 8. 4, 8, 4. Most. 3, 2, 88. Pseudul. 1, 5, 18. Mil. 1, 1, 74.), ut pictores Apelles et Zeuxis (Epidic. 5, 1, 20. Poenul. 5, 4, 100.). Rex Agathocles, qui Most. 3, 2, 88. cum Alexandro Magno componitur et Pseudul. 1, 5, 118. virtute praestitisse dicitur, sine dubio is est, qui Olymp. 115, 4. Syracusarum tyrannus factus atque paulatim paene universae Siciliae dominationem adeptus, regis titulum Olymp. 118, 2. assumpsit et summam fatorum vicissitudinem saepius expertus, maximis rebus gestis magna parte Italiae et Africae armis subacta et Poenis atque Graecis amplius semel victis post imperium XXVIII. vitam LXXII. annorum Olymp. 122, 4, periit, cuius ut ad posteritatis memoriam magis crudelitatis saevissimae infamia quam bellicae virtutis et imperatoriae prudentiae laus propagaretur, eo factum est, quod sequiores scriptores plus maledictis ab Timaeo quam laudibus ab Callia Syracusano in eum congestis tribuebant. Illius igitur regis fama cum per omnium Graecorum ora volaverit, tum ab Atheniensibus et Atticae comoediae poetis fuerit valde celebrata. Quod autem Menaechm. 2, 3, 58. illi ipsi Agathocli Pinthias, huic Liparo successisse isque in morte Hieroni regnum tradidisse et Hiero nunc esse dicitur, id contra omnem rerum fidem et veritatem pugnare visum est: nam sane ex Diodoro scimus (XXI. T. 9. p. 278.) post Agothoclis obitum esse populare imperium Syracusis restitutum, illius autem et bona

publicata et imagines convulsas. Atque pro „*Pinthia*“ quod nihil est, certe videtur „*Phintias*“ scribendum, quod nomen cum alias frequentatum in Sicilia et Magna Graecia[15]), tum erat etiam tyranno Agrigentino, a quo Phintias urbs est condita[16]); neque „*Λιπάρων*“ nomen aliunde constat. Utut autem de nominibus iudicetur, viri qui illis fuerunt nominibus, expleverint necesse est spatium inter Olymp. 122, 4., quo Agathocles mortuus est, et Olymp. 127, 3., quo Hieronem Hieroclis filium regnare coepisse Polybius (7, 8.) docet, quippe qui hunc Olymp. 141, 1. exspirasse scribat, postquam regnum bonis artibus partum iisdem artibus per LIV. annos obtinuisset et XC. amplius annos vixisset. Nam hunc a Plauto, qui eum senem vir videre poterat, illic significari non potest dubium esse. Itaque nisi immanis erroris arguas Plautum, quem Gronovius, quamquam cum Gronovio etiam Rostius facit (Opusc. I. p. 6.), nobis tamen non satis eo excusasse videtur, quod eum ab muliercula commissum dicit, quippe qui in Erotii mulieris oratione reperiatur, sed si error aliquo modo minuendus est, statuendum quos Plautus reges dicat, fortasse magistratus fuisse magna auctoritate apud Syracusanos. Denique error, quantuscumque fuit, Plauti videtur ipsius esse, non autem Graeci poetae, quem secutus est. Atque idem arbitramur de Poenulo 3, 3, 51. iudicandum, ubi advocati quem militem subornant ut lenoni imponant, de eo dicunt „nam hic latro in Sparta fuit, ut quidem ipse nobis dixit, apud regem Attalum.“ Rostius I. c. p. 5. „meram fraudem“ esse scribit, quod advocati subornatum illum militem „in exercitu Attali Spartanorum regis fuisse perhibeant, cuius nominis nullus rex umquam Lacedaemone regnarit.“ At Spartanorum illum fuisse regem non dixit Plautus, et Attalus I. Pergamenorum rex annis a. U. 545. (a. Chr. 209.) et 557 (— 197 a. Chr.) ita cum Spartanis vel cum Nabide eorum tyranno egit[17]) ut potuerit certe tum Spartae versari et milites ibi habere. Sed illius regis Romanis adeo accepti nomen et illic et in Pers. 3, 1, 11. a Plauto ipso interpositum videtur, non autem Graecis poetis deberi, quos Plautus imitatus est. Atque hi duo loci soli sunt, quod meminerimus, in quibus Graeca nomina a Plauto adiecta videntur.

15) Cf. Pindar. Olymp. VI. Tab. Heracl. in C. I. Gr. 5774. tab. 1. 58. 87. 168. 16) Diodor. XXII. T. 9. p. 291 sqq. 17) Polyb. 9, 30, 7. Liv. 32, 39.

HALIS, FORMIS EXPRESSUM ORPHANOTROPHEI.

Halle, Druck der Waisenhaus-Buchdruckerei.